343

DE

ORIGINE COSSORUM ET NOBILITATE

JO: DOMINICI ALBARELLA

ADVOCATI NEAP.

OPUS



NAPOLI

Digitized by Google

Effixi hoc, & excuſſi, quod erit perpetuò meum, nàm reliqua rerum mearum poſt me alium, atquè alium Dominum ſortientur; hoc nunquàm meum deſinet eſſe. *Plin. lib. 1. epiſt. 3. Ruffo.*

Franciſcus Michaël Albarella Authoris filius

Si Pater, & genitus per legem dicitur unus,
Dicere quis poterit, non OPUS eſſe meum?

Eminentiſſimo Principi

NICOLAO CARDINALI COSCIA P.F.

MIror etiam atq; etiam, Emin. Dom., quòd de familiis illuſtribus Romanorum ſcribentes, de Coſſis inerti calamo pertranſeunt, & nihilominùs de Coſſis priſcorum commentaria repleta ſunt adeò, quòd totus Orbis reſonat, ſed cui hæc tribuam antiquitatis temporis oblivioni magis, magisvè inertiæ ſcribentium, quàm livori, incertus ſum: Quarè neſcio irâ ne, an zelo motus, ut iniquorum ignaviam confunderem, & tempori, & meo ſatiſfaciam animo, ad ſcribendum de Coſſis, & Coſſorum origine animum appuli, & ex annalium vetuſtate eruendam cenſui memoriam nobilitatis tuæ; cujus tamèn celebris antiquitas noſtræ ſcriptionis præconia parùm deſiderat. Plùs enim, quàm notiſſimum eſt, Gentem Coſſeam à Corneliis Romanorum oriundam, & Corneliam ex Aborigenibus, qui multos annos antè Urbem condi-

tam ſub Pico Priſco Auſonię Rege partem Latii incoluere; Conditâ deindè Urbe, Romulus pacatis rebus cum Tatio Sabinorum Rege, cum adverteret Urbem, Romam a Sabinis, Hetruſcis, & Latinis repletam, totum Populum Romanum in tres diviſit partes, quas Tribus appellavit, & ex his Tribubus centùm conſtituit Senatores, quos ab honore Patres nominati. Indè Patricii dicti ſunt, & intèr primas perilluſtres è Ramnium Tribu delegit Corneliam, ex quâ primùm Cornelii Maluginenſes, deindè Cornelii Coſſi *à Publio Cornelio Coſſo*, qui ex corporis rugoſitate ſic dictus, Coſſeæ Genti nomen dedit; Et Aliæ quamplures familiæ non ſolùm ex eâdem Corneliâ diverſa nomina Gentium, ſed etiam ex ipsâ Coſsea ſtirpe ſortitæ ſunt; Undè & Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt, ex quâ fuit Coſſutia Uxor Cæſaris, cujus meminit *Suet. in vitâ ejus*. Similitèr, & Coſſuvii, & Coſſuviani dicti ſunt. Suſcipe igitur E. D. quæ in memoriam tuæ proſapiæ ab antiquis ſcriptoribus diligentèr collegi, eorumquè apologiam ſume, atquè authoritate tuâ defende, & grato accipe animo, quæ gratis offeruntur Vale. Neapoli decimonono Kalendas Septembris 1728. E. T.

Addictiſſimus Cupientiſſimus ad axem
Jo: Dominicus Albarella Scialoya.

IO. DOMINICI ALBARELLÆ
OPUS HISTORICUM

DUos populos gentium Romanorum ſeminarium fuiſſe traditur Anſorigines vulgaritèr dicti *Aborigini*, & Trojanos. Anſorigines antiquiſſimi populi errantes vagi, atquè inſtabiles, & ſinè laribus, ſic dicti, quaſi ſinè origine ex gentium colluvione mixti. Primùm ſub Pico Priſco Auſoniæ Rege partem Latii tenuerunt. Picus enim regnavit in Latio annis viginti ſeptem. Milleſimo quadringenteſimo ſep uageſimo ſexto anno antè Chriſtum natum. Liv. 1. ab. V. cond.

Tunc Joſue Dux Hebræorum poſt Moyſen in prælio cùm Gabaonitis ſolis curſum miraculosè retinuit, & populum hebræum per medium Jordanem amnem in Terram promiſſionis incolumem duxit. Herodotus refert. Hoc tempore Thebarum Civitas à Busyride Ægiptiorum Rege condita fuit, everſa deindè à Cambyſe Perſarum Rege.

Poſt Picum Priſcum Faunus Priſcus Pici filius regnavit in Latio annis quinquaginta ſex.

Tunc Cadmus Agenoris Phænicum Regis filius Thebas in Bœotiâ condidit, ut memorat noſter *Joh.* Baptiſta Vico de conſtantiâ philologiæ Cap. 1. in parte poſteriori, quam Amphion muris poſteà cinxit, everſa deindè ab Alexandro Magno. Propertius lib. 3.

Cum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ.

Varro tamèn lib. 3. de re ruſticâ ſcribit, hanc urbem ab Ohyge ædificatam. Hanc Heptapylon vocat Apulejus ab eo, quod ſeptem portas habebat, inclita duobus ducibus Epaminonda, & Pelopida. Eadem dicta fuit, & Dircæa à Dirce fonte, undè, & à Statio Thebanus ager Dircæus vocatur. Hinc Pindarus Poëta Lyricorum Princeps habuit ortum. Pompejus Feſtus de antiq; vocum ſignificat. lib. 16 Tunc Zethus, & Amphion Dircen crinibus ad cornua Tauri alligatam nudam raptatam dilaniatis membris crudelitèr necarunt.

Tu reddis Pueris Matrem, Puerique traendam.
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora Bovis.

Poſt Faunum Priſcum Anenus Favigena Fauni filius cum uxore Româ regnavit in Latio annis quadraginta quatuor.

Mortuo Favigenâ Roma uxor prò Tarconte filio pupillo regnavit annis quindecim. Traditur enim, Eam prima fundamenta locaſſe Urbis in Palatino, & à ſuo nomine *Romam* appellaſſe Pomp: Feſtus de antiq. vocum ſignificat: lib. 16.

Deindè Tarcon Priſcus poſt matrem regnavit annis triginta ſex.

Eo tempore apud Perſas fuit Sibylla Perſica nomine Sambethe, quæ fuit prima Sibylla, ut dicit d. Varro. Hanc ferunt de Chriſto prædixiſſe. *Satiabit in eremo quinque millia hominum quinque panibus, & duobus piſcibus, replebitque ex reliquiis duodecim coſinos*; Et poſt eam, & alias apud Arabas fuit Sibylla Erythræa, quæ numeratur quinta.

Tunc

348

Tunc Phrixus Athamantis, & Nephelæ filius cum novercales inſidias ferre non poſſet, cum Helle ſorore profugit; Acceptoque à Patre Ariete, cujus vellus erat aureum, eoque conſcenſo, cum Aſiam trajcere vellet, Helles puellari timore exterrita, decidit in mare, quod ab ejus nomine Helleſpontum eſt appellatum. Juſtinus lib.4.

Fuit, & his temporibus Bellerophontes Glauci Regis Æphiræ filius inclito decore conſpicuus, maximęq. virtutis, & caſtitatis, qui primus omnium artem equitandi docuit, & Pegaſum equum à Neptuno donatum perdomuit. Homerus lib.6. Iliad.

Poſt Tarcontem Priſcum, Picus minor regnavit in Latio annis triginta quatuor.

Tunc Andromedes Caſſiope, & Cephei Æthiopiæ Regis filia ob matris ſuperbiam, quæ ſe Nereidas formâ antecellere gloriabatur, à Nimphis ſcopulo fuit alligata, & Ceto devoranda expoſita, ſed Perſei virtute liberata, qui, & Cetum interemit, & Antromeden uxorem duxit.

Tunc Sibylla Delfica in Bœotiâ fuit, quæ intèr Sibyllas tertia connumeratur.

Fuit, & Arpalices Amazonum Regina, quæ Boream Patrem à Getarum obſidione liberavit.

Poſt minorem Picum Regem ſucceſſit Faunus Pici minoris filius, eamdemquè partem Latii tenuit annis viginti quatuor: Regnante Fauno, Evander Nicoſtratæ fatidicæ, ſivè Carmentæ filius cum Patrem imprudens occidiſſet, relictâ Arcadiâ in Latium ſeſe contulit, atquè pulſis Amphorigenibus in Palatino Monte conſedit, ubi Oppidum Pallanteum fundavit à nomine Pallantis proavi ſui. Deindè inito fædere cum Fauno, Amatam filiam ſuam Latino Fauni filio uxorem dedit. Latinus verò poſt mortem Fauni, & Evandri, omnem illam partem Latii, quam pater, & ſocer tenuerant, tenuit annis triginta novem. Virg. 8. Æn:

His temporibus Sibylla Libica vigebat in Africâ, quæ numeratur ſecunda intèr Sibyllas.

Tunc Amazones Bellatrices fæminæ ſub Reginâ Penteſileâ cum Thebanis acerrimè pugnabant. Juſt: lib.2. Quarum pugnas Phidias nobiliſſimus ſculptor in clypeo ſtatuæ Minervæ, quam Athenis ex ebore fecit mirificè inſculpſit XXVI. Cubitorum altitudine. *Diis tamen*, ut inquit Quintilianus, *quàm hominibus efficiendis melior*. Deinde Penteſilea in bello Trojano Priamo ſuppetias tulit. De qua Virg: p. Æn:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.
Penteſilea furens, mediiſq; in millibus ardet.
Aurea ſubnectens exertę cingula mammę
Bellatrix, audetq; Viris concurrere Virgo.

Quę poſteà cum Trojanis opem ferret, ab Achille occiſa eſt.

Alteram partem Latii tenebat Turnus Rutulorum Rex, acerrimus Trojanorum hoſtis, huic Latinus, Laviniam filiam deſponderat; ſed poſtquam Æneam Hoſpitio recepit, & apud penates Deos domeſtico publicum adjunxit Fędus, eandem, quam deſponderat Turno filiam Ænee in matrimonium dedit,

dit cujus occaſione orto intèr Æneam , & Turnum Bello , Turno ab Æneâ ſingulari certamine occiſo , multi utriquè occubuere . Obtento Latio, Æneas Amphorigenes , & Trojanos uno, eodemque nomine Latinos appellavit, & primus Latinorum Rex eſt appellatus . Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Hoc tēpore Beneventū Βενεventor Ptol. Βενεβεντος Svidę & Stephano Hirpinorū Urbs, quæ cum eo Colonia deduceretur, boni omnis gratiâ ita vocari cæpit , nam anteà Maleventum vocabatur apud quam XXX millia Samnitum cæſa fuerunt . Sulpitio , & Petilio Conſulibus, ut refert Plinius . lib. 3. Cap. 11. Hæc Urbs à Diomede Regę Ætoliæ Tydei , & Deiphyles filio condita fuit, qui cum reliquis Grecis ad Trojam profectus , adeò ſtrenuè ſe geſſit , ut poſt Achillem , & Ajacem Telamonium fortiſſimus haberetur , nam prætèr occiſos à ſe Reges , & ſingulares pugnas adversùs Hectorem , & Æneam , alioſque inſignes Trojanorum Principes , & captos Rhœſi equos , Palladiumque Trojanis ſubtractum, Martem quoque in eo bello vulneravit , Veneremque in dexterâ manu, dum Æneam protegere vellet ; quamobrèm Dea indignata Ægialæ uxori ejus tantam libidinem immiſit , ut cum Cyllabaro Stheleni filio concuberet ; Quâ re cognitâ Diomedes domum reverti noluit, ſed in Apuliam profectus , Regni partem à Dauno accepit , ibique Arpos condidit . Quidam ferunt Diomedem ab Æneâ dolo occiſum , ejuſquè ſocios ob peremptum Regem in aves Diomedeas , vel , ut Græci vocant Heroidas mutatos . Horatius lib. p. Ser.

Qui locus à forti Diomede conditus olim .

Tunc Neapolis Urbs celeberrima Campaniæ, Regniquè Metropolis à Calcidenſibus condita fuit , anno millesimo , centeſimo , ſeptuageſimo quinto antè Chriſtum natum ; Hanc Urbem Conditores Parthenopen appellarunt à nomine Parthenope Syrenis , quæ mortua eo looi , à mare delara eſt . Blin: lib: 3. Cap. 5. Ubi poſteà Parthenope Civitas condita fuit , ſed poſtquàm Cumani majorem partem illius Civitatis, & Civium Bello deſtruxerunt, ingruente acerbiſſimâ peſte, Apollinis Delphici oraculo amplioribus ædificiis , & incolis reſtituerunt , quam Civitatem novitèr ædificatam ad differentiam veteris, Neapolim dixerunt. ex Græcis nominibus νεα & Πολίς quæ nova Civitas ſignificat . Svidas .

Νεά Πολις Πόλις Ιταλική.

De Syrenibus autèm fertur in fabulis, tres fuiſſe Syrenes Parthenopen , Ligiam, & Leucoſiam, Acheloi, & Calliopes Muſæ filias; Superiorem partem Virginis , inferiorem piſcis habentes , quæ voce, tibi s , & citharâ ſuaviſſimè canebant, & primùm littus ſiculum juxtà Pelorum, deindè Caprearum inſulam incoluiſſe , ibiquè prętereuntes navigantes ſuavitate cantus in naufragium pelliceba nt . Sed cum à prætereunte Uliſſe contemnerentur , Impatientiâ doloris, ſe præcipitaverunt in mare . Ovid: lib. 5. Metamor. tradit has fuiſſe comites Proſerpinæ , eamque raptam diù quæſiſſe , quam cum non inveniſſent in marinâ noſtrâ eſſe converſas ſurſum versùm virgineâ formâ poſtremâ corporis parte piſces , voce, citharâ , & tibiis tàm blandè canentes , ut cantus dulcedine nautas ſopirent , ſopitos demergerent . Servius in illud Virg. 5. Æn.

Jamq; adeò ſcopulos Syrenum advecta ſubibat.
Difficiles quondam multorumq; oſſibus albos.

Parthenope ad littus delata eſt, ubi poſteà Civitas ab ejus nomine condita

fuit

Deindè Æneas Urbem in Latio condidit, quam à nomine Laviniæ uxoris Lavinium appellavit. Hujus rei teſtis eſt Livius lib. p. ab Urb. Conditâ. *Æneam* inquiens *apud Latinum fuiſſe in hoſpitio tradunt. Ibi Latinum apud penatos Deos domeſticum publico adjunxiſſe fædus, filiâ Æneæ in matrimonium datâ. Ea res utiquè Trojanis ſpem affirmat, tandèm ſtabili certâque ſede finiendi erroris Oppidum condunt, Æneas à nomine uxoris Lavinium appellat.*

Eſt autem Latium quicquid eſt intrà Tyberim, & Vulturnum Amnes, ubi ex antiquis antiquiſſima Civitas Capuæ adhùc reſidet, totius olim Campaniæ Urbs præſtantiſſima, quam Vulturnus amnis interfuit à camporum latitudine, in quibus ſita eſt, ità dicta, ut inquit Cicero. Livius dictam exiſtimat à Capy Silvio Latini filio Samnitum Duce, qui poſteà fuit ſextus Latinorum, Albanorumque Rex, & ab ejus nomine Capuam appellaſſe, ut infrà dicetur. Alii à Falcone ſub cujus augurio condita eſt, qui priſcâ Thuſcorum linguâ Capys dicebatur Virgil. à Capy Æneæ Commilitone, qui eam condidit. Strabo, quòd eſſet XII. Urbium caput, hoc eſt ipſa duodecima, reliquis undecim præeſſet, dictam exiſtimat. Quidam à capacitate, quod omnem vitæ fructum capiat, Euſtathius etiam ab Urbe, cui nomen Campus eſſet, vel à Camporum planitie, & abundantiâ, ut Diodorus, qui M. Genuzio, & Agrippâ Curzio Chilone Conſ. exædificatam eam tradit. Sueton. certè in Cæſare dictatore, Urbis hujus originem, & nomenclaturam ad Capyn conditorem refert, in cujus ſepulcro æneam tabulam inventam tradit, quæ Cæſari necem denuntiabat. Et totus ille Campaniæ tractus dividitur intèr Latium citerius, & Latium vlterius, citerius Latium à Thyberis ripâ Fundos uſquè protenditur, vlteriùs à Fundis uſq; ad Vulturnum Amnem.

Tunc Sibylla Cumea vigebat in Italiâ, quæ quarta dicitur, & Sanſon ex Tribu Dan XIII. Judex Iſraël ſtrenuiſſimus vir, Dalidæ amore captus, ejuſque dolo à Philiſtym exorbatus, ſub eâdem Templi ruinâ cum hoſtibus occubuit. Anno milleſimo, centeſimo, ſexageſimo primo antè Chriſtum natum.

Mortuo Æneâ, Lavinia Privigni inſolentiam timens, in ſylvas pregnans profugit, & apud Tyrrhenum Paſtorem divertit, ibique peperit filium, quem Julium Sylvium poſthumum appellavit, eo quod poſt Patris funus in ſylvis natus eſſet.

Aſcanius verò, quem Æneas Pater everſâ Trojâ ſecum in Italiam duxerat apud Lavinium triginta annis regnavit, & Albam longam condidit, regnavitque ſimùl annis triginta octo. Sed cum vidiſſet Julium Sylvium filium ſuum Regno non ſatis aptum, Sylvium Poſthumum fratrem, ſed ex diverſâ matre natum, & pietate, & juſtitiâ præſtantem, Regni hæredem reliquit. Lavinio Novercæ relicto, quod illa moriens Sylvio poſthumo filio ſuo reliquit.

Eo tempore Samuel ſanctiſſimus Vir Dei Sacerdotium apud Hebræos obtinuit. Anno milleſimo, centeſimo, trigeſimo primo antè Chriſtum natum.

Poſt Sylvium poſthumum Æneas Sylvius Poſthumi filius quartus Latinorum Rex regnavit in Latio annis triginta duobus.

Tunc Homerus Poëtarum Princeps incertâ Patriâ vigebat in Græcia antè Romam conditam annis circitèr centum ſexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit, de quo etiam meminit Joannes Baptiſta Vico de con-

ſtan-

ſtantiâ Philologiæ. parte poſteriori. cap.1. hic fuit cæcus,& ob id homeri nomen ſortitus eſt, cum priùs Meleſigènes diceretur, quòd ad Meletem fluvium natus eſſet. Cumæi namquè, & Jones captos oculis Ὁμήρους appellant, ideſt quod iteneris ducibus egeant; hinc cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib. 1.de nupt. Philologiæ cæcutientis mæonii ſua viloqua ſenectus. Petrarcha in Bucol. cæcumque ſenem, ſed multa videntem. Dè Patriâ ejus nihil certi traditur. Fecit enim nominis ejus claritas, ut quem vivum rebuſque omnibus egentem nemo agnoverit, nunc multæ Greciæ Urbes certatim ſibi vindicent; adeòut quibùs potiſſimum credere debeamus, non facile fuerit diſcernere. Quod etiam teſtatur Cicero prò Archiâ. Homerum, inquit. Calophonii Civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vindicant, Salaminii repetunt. Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant, itaquè etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Multi alii præpterea pugnant inter ſe, atquè contendunt. Extat eâ de re diſtichon Græcum apud Gellium lib. 3. cap. 11.

Ἑπτὰ Πολης διρίζουσι Πορὶ.

Reliquam ejus vitam brevitatis causâ hic prætermittimus, quam qui latiùs noſſe cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Poſt Æneam Sylvium, Latinus Sylvius quintus Latinorum, Albanorumque Rex regnavit in Latio annis triginta quatuor.

Eo Rege Latinorum, Solomon David, & Berſabeæ filius Hebræorum Rex Templum Sanctum in Hyeruſalem ædificavit. anno milleſimo, quadrageſimo ſecundo antè Chriſtum natum. Hyeroſolyma, ut ſcribit Hegeſippus, quæ primò ſolyma dicebatur, poſtea quam dictus Rex Cananæus, cognomento Juſtus, qui fuit conditor Solymorum, Templum ei addidiſſet. Nam Greci ἱερὸν Templum vocant. Euſebius lib. 9. Evang. præp. Hieroſolyma appellari ait, quaſi Hieron Solomonis, hoc eſt ædem Solomonis à Templo, quod Solomon Hieroſolymis pulcherrimum, magnificientiſſimumque conſtruxit.

Poſt Latinum Sylvium Capis Sylvius Latini filius ſextus Latinorum Albanorumque Rex regnavit in Latio annis viginti quatuor. Deindè iam retrodictam Urbem in Campaniâ condidit, quam ab ejus nomine Capuam appellavit, ibiquè regnavit annis viginti octo.

Poſt Capim Capetus Sylvius ſeptimus Latinorum Rex regnavit an Latio annis trexdecim.

Poſt Capetum Tyberinus Sylvius Octavus Latinorum Rex, à quo Tyberis Amnis, olim Albula dictus, nuncupatur, octo annis regnavit in Latio.

Deindè Agrippa Sylvius Tyberini Filius nonus Latinorum Rex regnavit in Latio annis quadraginta.

Illo tempore Ælias Thesbites maximus Prophetarum igneo Curru raptus translatuſque eſt. Anno nongenteſimo vigeſimo primo antè Chriſtum natum.

Poſt Agrippam Aremulus Sylvius decimus Latinorum Rex regnavit in Latio annis viginti.

Poſt Aremulum Aventinus Sylvius undecimus Latinorum Rex, à quo Aventinus mons nomen habuit, quià in eo extinctus eſt, & ſepultus, poſt Patrem regnavit in Latio annis triginta quinque. octingenteſimo quadrageſimo ſeptimo anno antè Chriſtum natum. Gell. cap. 14. lib. 13.

Eo tempore Jonas Propheta ad Nynivem miſſus, oraculum pœnitentiæ prædicavit. Hæc urbs Aſſyriorum ad Tigrim fluvium ſita appellata à Nino conditore Beli filio. Aug. lib. 15. Civ. Ninicus Civitatis magnæ Ninus Beli filius conditor, undè nomen ex illius nomine derivatum eſt, ut à Nino Ninive vocaretur. Ptolomæus in deſcriptione Aſſiriæ urbem hanc Ninum Νῖνον appellat, quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ ſcriptoribus cenſetur. Vide Plin. lib. 6., cap. 26., & Strabonum in principio lib. 16.

Fuit ex his temporibus Sardanapallus XXXVIII., & ultimus Aſſyriorum Rex, & trigeſimus à Nino, qui ab inimicis devictus ſeipſum accenſo rogo cremavit. Ovid. prim. faſt.

In què Pyram tecum cariſſima corpora mittas.

Quam finem vitæ Sardanapalus habet.

Ejus Epitaphium refert Cic. lib. 5. Tuſc. queſt. *Quomodo, igitur, inquit, jucundâ vita poteſt eſſe, à quâ abſit prudentia, abſit moderatio? Ex quo Sardanapalli opulentiſſimi Syriæ Regis error agnoſcitur, qui incidi juſſit in buſto.*

Hæc habeo, quæ edi, quæquè exaturata libido hauxit. At illa jacent multa, & præclara relicta. Quid aliud, inquit Ariſt:, *in bovis, non in Regis ſepulchro inſcriberes? Hæc habere ſe mortuum dicit, quæ nè vivus quidem diutiùs habebat, quam fruebatur.* Svidas refert in Nino monumentum habuiſſe, cui hæc fuerint inſcripta.

Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchiolon, & Tarſon uno die extruxit. Tu autem ò hoſpes ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortalium omnia non ſunt conferenda. Vide plura de hoc apud Juſtinum lib. 9. & Diodorum ſiculum bibliothecæ lib. 8.

Poſt Aventinum Procas Sylvius Aventini filius duodecimus Latinorum, Albanorumque Rex regnavit annis viginti tribus.

Deindè Numitor Procæ filius primogenitus tertius decimus Latinorum Rex, cum poſt mortem Patris regnare cæpiſſet, Amulius ſecundogenitus Regnum fratri abſtulit, omnemque ejùs prolem virilem necavit. Ilyam quoque ſivè Rheam Sylviam fratris filiam, ut ſpem omnem Nepotum fratri eriperet, ſub ſpecie honoris virginem veſtalem legit, eoque modo perpetuâ virginitate damnavit. Ea poſteà gràvida deprehenſa ex Marte, ut Romani credi voluerunt, gemellos peperit, quos Amulius in Tyberim abiici juſſit. Matrem autem arctiſſimâ cuſtodiâ aſſervari; Verùm cum id temporis Tyberis extrà ripas reſtagnaſſet, nec adiri uſquè ad juſti amnis curſum poſſet, qui mergendorum infantium negotium ſuſceperat, in proximâ eos Alluvione expoſitos reliquit; ubi à Fauſtulo Regii pecoris magiſtro inventi ſunt; & Larentiæ uxori educandi traditi. Fuit autem hujus Larentiæ tanta eſtrenata libido, quod paſtores lupam appellabant veneris inſatiabilem; Undè ex moribus cauſam fabulandi dedit, gemellos à Lupâ lactatos.

Illis temporibus fuit Amaſis Rex Ægipti, cujus tumulus fuit una pyramidum dicente Lucano.

Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Hic legem condidit, ut quiſque quot annis apud Præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretque undè viveret, aut quo quæſtu ſubſtentaretur; Qui hoc non faceret, morte effice-

ficeretur, hanc legem Solon ab Ægiptiis tranſtulit ad Athenienſes.

Deindè Romulus, & Remus fratres adulti, trucidato Amulio, Numitorem Avum in Regno reſt ituerunt, & collectâ magnâ paſtorum manu, ſuperante adhùc Albanorum, Latinorumque multitudine, novam urbem in Palatino, ubi à Larentiâ educati fuerant, conſtruxere; Ejus tamen urbis prima fundamenta locavit Roma Chitini Atlantis Itali filia, Anenæ Favigenæ uxor poſt mortem viri anno milleſimo tricenteſimo octuageſimo ante Chriſtum natum, & ab ejus nomine Romam appellavit. Eadem fundamenta poſteà ad perfectionem duxit, et erexit Romulus, et ſub eodem nomine urbem condidit, vide Pomp. Feſt. de Antiq. voc. ſignific. lib. 16. Plin. lib. 3. cap. 5.

Eo tempore Thales unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui eodem tempore in Græciâ floruerunt; Natus eſt, ut ex Apollidori ſententiâ tradit Laërtius anno primo xxxv. Olympiadis vixit annos, ut Soſicrates tradit, nonaginta, ut alii ſeptuagintâ. Hic primus in Græciâ Geometriam, creditur invexiſſe, primuſque obſervaſſe temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarum motus, tonitruum, ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, & ſolis annua reverticula. Interrogatus, quid in rerum naturâ difficilimum exiſtimaret, ſeipſum inquit, noſſe. Iterumque rogatus cum ſciſcitaretur, quomodò optimè, & juſtiſſimè vivere liceret? ſi inquit, quæ in aliis reprehendimus, ipſi non faciamus. Et quod prò maximo inter ejus dicta celebratur, Sequere Deum. Huic Tripus aurea a Piſcatoribus mileſiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis indicantis eam ſapientiſſimo dari oportere, delata eſt. Deindè per manus omnibus ſapientibus tradita ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remiſit ad Phæbum, ut qui Deum, hominumque ſapientiſſimus eſſet. A Thalete Jonica fluxit diſciplina, ejus diſcipulus fuit Anaximander, cujus auditor Anaximenes, & Hecateus hiſtoricus.

Hujus novæ urbis inauguratum Inperium accepit Romulus, & primùm Remum fratrem ſancitæ legis prævaricatorem interfecit, ob id, quod muros ludibrio fratris tranſcendere voluerit. Cujus factum elegantèr demonſtrat Joh. Bapt. Vico Regius eloquentiæ Profeſſor in cap. 31. de Conſt. Philologiæ.

Itaquè ſolus potitus Regno Romulus, ut peregrinæ Gentis ad novam urbem tutior eſſet acceſſus, Aſylum conſtituit intèr Capitolium, & Palatinum in ſacro Luco, ad ſimilitudinem Aſyli, quod primùm Athenis Herculis poſteri ſibi conſtituerunt, vetiti vim eorum, qui ab illo fuerunt vexati. Statius 12. Thebaid.

Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis heculeos ſedem fundaſſe Colonos.

Erat autem Aſylum Athenis Templum Apollinis Delii eâ lege conſecrationis extructum, quod omnes confugientes ad illud, tuti erant à quâcunque vexatione, & quempiam ab eo invitum extrahi nefas erat. Sic enim Templa Deorum Aſyla vocabant. Liv. lib. 38.

Sed primus omnium Aſyla conſtituit Ninus Beli filius tertius Aſſyriorum Rex, ut eruditiſſimus noſtri temporis Joh. Batt. Vico Regius eloquentiæ profeſſor, de conſt. philologiæ cap. 21. parte poſt.

Et idem ſat eleganter d. ſuo preſtatiſſimo opere, & parte in cap. 31. Etenim

Belus Saturni filius ſecundus Nembroth Aſſyriorum Rex, tantâ pacis tranquillitate, & lenitate cordis regnavit annos ſexagintà. bis milleſimo, centeſimo, duodecimo anno antè Chriſtum natum, quod ab Aſſyriis omnibus Belus Juppiter nuncupatus, Deuſque creditus, adoratuſque fuit; Indè Ninus Belo Jovi Patri, & Saturno Avo Templa ædificavit, eaquè Regio decreto Aſyla conſtituit, atquè ſacravit, & idolatriam in uſum poſuit. Sed quanto mitis pacificus, & inermis Belus fuit, tantò ferox, bellator, & armipotens Ninus. Omnem Aſiam præter Indiam armis obtinuit. Poſtremò Battros, & ipſum Zoroaſtrum Regem bello devicit. Et primus in Orbe Imperii Monarchiam tenuit. Deindè Civitatem magnam ad Tygrim amnem condidit, quam à ſuo nomine Ninam appellavit, vulgò poſteà Ninive nuncupata. Aug. lib. 15. Civit. Ptolomæus in deſcript. Aſſyriæ. Urbem hanc Νῖνον appellat; Quò nomine ferè ab omnibus reigeograficè ſcriptoribus cenſetur. Plin. lib.6. cap.26. & Strabo in principio lib.16.

Mortuo Nino uxor ejus Semiramis Aſſyriorum Monarchiam cœpit, & Trebeam privignum à Regno propulit, qui in Germaniam ſeceſſit, ibiquè Civitatem Treverim condidit. Deindè Semiramis innumerabili comparato Exercitu acerrima bella Indis intulit, decies ſepties centena millium militum ad pugnas duxit. Cui Staorabates Indiarum Rex recenti milite occurrens, compoſitis inſidiis in Campo Læthan intèr Hyppanum, & Hydaſpen Amnes hoſtem cruentâ nece collidit. Plerique terga dantes, aquis obliti, periere. Tum Semiramis confirmato Exercitu audaciùs in hoſtem fertur, & cum Rege armis concreſſa ſingulari certamine pugnavit, ſed ambo lethali vulnere percuſſi, bellum, & pugnas utrique depoſuerunt.

Poſt hæc Semiramis in Regione Chaldeæ in campo Duran Babilonem Civitatem magnam ad Eufratem Amnem conditam. ut dicit Strabo lib.26. Latericiis muris cinxit, ambitu ſtadiorum quadringentorum octoginta; Et tantâ amplitudine, operiſquè magnificentiâ, ut intèr ſeptem ſpectacula mundi connumeraretur, in quibus centùm portas æneas, & ex his vigintiquinque à facie perſiden miro celamine poſuit. Tres decies centena millium operariorum in his quotidiè laborabant. Itaquè biennio completi ſunt muri Civitatis, ut ait. Diodorus lib. 1. Ubi de Imperio Aſſyriorum ſcribit, ait, Semiramidem poſt completos muros Civitatis, Templa, & Arcem extruxiſſe; Pontem ſuprà Eufratem duobus magnis Turribus ſuffultum. Deindè propè Charmentem Civitatem trans Eufratem lacum effodiſſe mirâ profunditate, ac latitudine ambitu ſtadiorum mille, & in eum Eufratem divertiſſe. ultimò ex auro obtizo Deorum menſam gemmis texellatam, ipſoſque Deos ex auro diſcumbentes feciſſe, quæ tria magnificentiſſima, & incredibili relatu opera ſeptem miraculis mundi jure addi poſſe. Hæc nobiliſſima Civitas olim Chaldeæ totius caput, à quâ magna Meſopotamiæ, Aſyriæque pars Babylonia appellata eſt. Plin. lib.6. cap.26. Hæbreorum literæ originem ejus ad Nembroth Gigantem referunt, & à linguarum confuſione ità nominatam volunt, fuit Hortis penſilibus, Temploq; , ac Arce maximè admirabilis, campi plenitie undiquè conſpicua naturâ loci lætiſſima, Caſtrorum facie, mænibus paribus per quadrum diſpoſita murorum ejus vis credibilis relatu firmitas, & magnitudo, utpotè, qui in latitudinem cubi-

tos

tos quinquaginta habuerint, in altitudinem ducentos.

Murus coctili latere, atquè interfuſo bitumine compactus, quem tàm latum fuiſſe quidam ſcribunt, ut quadrigæ ſibi invicem occurrentes facile pertranſire poſſent. Hæc Urbs, cum aliquandò defeciſſet, & Semiramis circà cultum corporis occupata eſſet, ſolutâ adhùc alterâ crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit, nec priùs decorem capillorum in ordinem redegit, quam Urbem in ſuam poteſtatem reſtitutam vidit.

Conſtituto itaquè Aſylo per Romulum, quamplurimi populi ad Urbem acceſſerunt, qui eam gentibus repleverunt. Siquidem accepimus Romulum Cœninenſes, Antemnates, Camerinos, Vejentes, Fidenates, quos bello devicerat, ut dicit Liv. lib. 1. ab Urbe. Sabinos quoque, quibus cum æquo Marte pugnaverat, in ſocietatem novæ Urbis vocaſſe; Quin etiam multas Hætruſcorum Urbes ſe ad eum venientes recepiſſe, traditum eſt. Hinc Romulus totum Populum Romanum in tres diviſit partes, quas partes Tribus appellavit, ut dicit Varro lib. 4. de linguâ latinâ. Tatienſes, Ramnes, & Luceres. Tatienſes à Tatio Sabinorum Duce acerrimo Romanorum hoſte, qui proditione Tarpejæ Virginis Capitolio capto ex ſuperiore loco adverſus Romanos in Aciem deſcendit, ubi cum aliquamdiù acerrimè, ſed variâ victoriâ pugnatum eſſet, tandèm dirempto Matronarum Sabinarum prælio pax ità convenit, ut Sabini in urbem; Tatius in partem Regni reciperetur. Liv. lib. prim. ab Urbe.

Mixtamque Romanorum, Sabinorumque Gentem Romulus uno eodemque nomine Quirites appellavit, ſic etiam & ipſe Romulus Quirinus appellatus eſt, quod Haſta, quam Sabini curim, vel quirim appellabant, utebatur in præliis. Et Matronis, quarum interventu prælium ſedatum fuit, honoris causà tribuit, ut earum filiis aureâ bullâ ornarentur, & purpureâ prætextâ, quam poſthac pueri Romani antequam Togam ſumerent geſtare conſueverunt. Erat autem hæc bulla rotunda in cordis figuram formata, quam antè pectus annectebant in collo, ut bullam inſpicientes, ita demùm ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent.

Prætexta verò veſtis erat telaris purpureo circumdata lymbo, & hâc puberes utebantur uſquè ad XVII. annum, ſed hi dumtaxàt, quibus poſt eam ætatem togam deferre permiſſum erat.

Et Tarpeja Veſtalis Virgo, quæ Sabinis arcem prodiit, eorumdem ſcutis obruta eo in monte ſepulta eſt; erat enim pacta capitolinam arcem Patris ſui Tarpei cuſtodiæ commiſſam, ſe illis prodituram, & in proditionis ſuæ mercedem, quicquid in ſiniſtris brachiis geſtarent, (armillas intelligens), quas illi aureas, gemmataſque lævo in brachio ferebant, donaretur, illi ſcutos quibus obruta Tarpejo monti, qui priùs Saturnius & Capitolinus dicebatur, nomen dedit. Liv. lib. 1. ab urb., & Plutarch. in vita Romuli. Virgil. lib. 8. æneid.

Hinc ad Tarpejam ſedem, & capitolia ducit
Aurea nunc olim ſilveſtribus horrida dumis.

Ramnes ab Ipſo Romulo. Luceres à Lucumone Hetruſcorum Duce, qui pugnanti adverſus Tatium Romulo ſuppetias tulit. Alii Luceres dictos malunt à Luco, quem ſacraverat Romulus, eumquè dixit Aſylum. Virgil. lib. 8.

6

. . . . hinc Lucum, quem Romulus acer
Aſylum retulit.

Quod erat quercetum arboribus denſum intrà muros propè portam querquetulanam, eâ ſacrationis lege, quod Lucum illum violare nephas erat, quam deſcribit Lucanus Pharſaliæ ſuæ lib.3.

Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo. Vide Val. lib. 4. Virgil. 1. æneid.& ibi Servium. eundem Virg.6. æneid. Cic. pro Milon. Valer. Flac. in argon., & Juvenalem Sat.1.

Itaquè peregrinæ Gentis ad illud tutiſſimus erat acceſſus, & tanta fuit confugientium multitudo, quod in tertiam partem Populi Romani addicti ſunt Joh. Baptiſta Vico. cap.31. de conſtantiâ Philologiæ.

Hoc autem Romuli inſtitutum reliqui deinceps Reges ſtudioſiſſimè conſervandum eſſe duxerunt, ut finitimas Civitates, aut vi, aut benevolentiâ ſibi adjungerent. Romamquè transferrent. Itaque Tullus Hoſtilius eversâ Albâ familias ejus urbis Romam traduxit. Ancus Martius Lucumonem hetruſcum in Senatum aſcivit. Tarquinius Priſcus ſervium Tullium Cornicolaum etiam ſibi generum adjunxit. Idem quoquè poſteà factum eſt liberatâ a regio dominatu Republicâ; civitatem victis Populis, & gentibus dari.

Sic itaque diviſo Populo Romano in tres partes, ſive Tribus, Romulus ex his Tribubus, tres conſcripſit Centurias equitum non ex toto Populo ſed ex ſolis equitibus, & ex unâquaque Centuriâ Tribunum delegit qui equitibus præeſſet, ideò Tribuni celerum ſunt appellati, & veluti ſecundum locum à Regibus obtinebant quemadmodùm magiſtri equitum apud Dictatores in quorum numero fuit Junius Brutus, qui author fuit Reges eiiciendi; hodiè apud Reges noſtros Tribunus celerum, Conteſtabilis appellatur. Pomponius in l. 2. ff. de orig.jur.

Diviſo Populo, Urbem quoque in quatuor diviſit Tribubus, ſecundum colles, & Regiones diviſam. Suburranam, Palatinam, Collinam, & Exquilinam ita appellatas à partibus Urbis in quibus habitabant. Sic itaque conſtat Tribus non à numero ternario, ſed a conferendo tributo appellatas. Livius & Plinius conveniunt. Sed Ciceronis ætate Urbs in 35. Tribubus erat diviſa, quod ipſe cum pleriſque aliis in locis tam apertiſſimè oſtendit in orat contra Rull. de lege agrar.

Poſteà auctâ ad aliquem modum Civitate, ipſum Romulum, traditur Populum in triginta partes diviſiſſe, quas partes curias appellavit; proptereà quod tunc Reipublicæ curam per ſententias earum partium expediebat, & ita leges quaſdam, & ipſe curiatas ad Populum tulit; Deindè centum conſtituit Senatores, quos ab honore Patres appellavit, horum familias ſubordine ſenatorio patricias rettulit, quibus ſolis de communicandis Magiſtratibus in Vrbe jus erat, quod poſteà ſervatum eſt per Multos annos poſt ejectos Reges, & intèr primas, & per illuſtres è Ramnium Tribu ex Aborigenibus elegit Corneliam, & ex Corneliâ quam plures diverſis cognominibus prodiere Gentes.

Primùm Maluginenſes, deindè Coſſi, Quorum tua eſt Familia Eminentiſſime Domine, quæ vetuſtorum temporum varietate italico idiomate a nobis Coſcia nunc inſcribitur. Scipiones, Scapulæ, Barbati, Lentuli, Dolabellæ,

Ruffi-

Rufini, Merendæ, Bleſi, Falcones, Cæthegi, Merulæ, Levini, Cynnæ; Syllæ, Æmilii, Mamercini, Lepidi, Pauli, Scauri, Barbulæ, Scipiones quoquè variis agnominibus diſtincti, Arvinæ, Aſinæ, Calvi, Naſicæ, & à devictis Provinciis Africani, Aſiatici, cujus rei veritatem ultra Livii teſtimonium ab Urb. cond. confirmat eruditiſſimus Ambroſius Calepinus in verbo Corneliorum familia his verbis. Corneliorum familia Romæ fuit in primis illuſtris, ex quâ non minimi nominis fuit Cornelius ille Coſſus qui cum Tribunus eſſet Militum in Exercitu Volumnium Lartem Vejentum Regem occidit, ſecundaquè opima ſpolia Jovi Feretro retulit; Coſſus cognominatus à corporis rugoſitate. Coſſos enim eos, qui rugoſi ſunt, & aſperâ facie, à ſimilitudine vermium, qui in ligno nutriuntur Feſtus dicit vocari. omnes Familiæ variis cognominibus ſub unâ tantùm Corneliâ proditæ, omneſque ex ordine Senatorio primum locum, vel intèr primos obtinebant immo ex eâdem Coſſorum ſtirpe orti ſunt Coſſutii, ex quibus fuit Coſſutia Uxor Cæſaris, cujus mentionem facit Sveton. in vitâ ejus. Sic etiam nobiliſſimi Coſſuvii, & Coſſuviani ab illâ originem habuerunt, quorum gloriam, nobilitatem, & magnitudinem totus Orbis reſonat, quoſquè appellare, laudaſſe ſat eſt. At quid de Corneliâ illâ Matronâ nobiliſſimâ Romanâ, quæ nomen à ſuâ familiâ ſortita eſt, dicam? Fuit hæc ſapientiſſima mulier uxor Sembronii Gracchi, & Tiberii, & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quod Matronæ Campaneæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti, non aurum, non gemmas, non denique veſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt Matronarum ornamenta, cujus factum Emminentiſſime Domine quantò meliùs conveniret præſtantiſſimæ matri tuæ, cui filios habere contingit, qui totiùs mundi divitias virtute antecellunt. Fuit hæc mulier doctiſſima, & latinæ puritatis diligentiſſima obſervatrix, quæ etiam epiſtolas terſiſſimè ſcriptas reliquit, quarum meminit, & Cic. in Brut. legimus, inquit, epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone matris. Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis magni intereſt, inquit, quos quiſque audiat quotidiè quibus cum loquatur à puero quemadmodum patres Pedagogi matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimùm contulit. hæc Quintilian. de conſul. ad Marciam.

Poſt Romulum Numa Pompilius, e Curibus Sabinorum ortus ſecundus à Romulo Romanorum Rex regnare cœpit anno ſeptingenteſimo decimo tertio antè Chriſtum natum juſtitiâ, & pietate inſignis, qui pacatis Finitimorum odiis quo truces, efferatoſquè longâ militiâ animos ad pacis artes traduceret, ad Deorum cultum animum adjecit, & primum ad infimum Argiletum Jani Templum condidit, quod apertum Bellum, clauſum Pacem indicaret.

Argiletum locus erat Romæ juxtà Palatium, ut ait Varro lib. 4. de ling. latin. ita dictus ab Argo Argivorum Duce, qui ab Evandro hoſpitio exceptus, cum in effectati Regni ſuſpitionem veniſſet, ab Archadibus, inſcio Evandro, eſt occiſus, cui poſteà Evanter tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit, hùc alludit Virgil. 8. æneid.

Et lèthum docet hoſpitis Argi, vel argiletum dictum putat quaſi Argille-

ſum

358

tum ab Argillâ hoc eſt creta, cujuseo in loco magna erat copia, cujus vocabulo utitur Cicero in Piſonem. Quid ceſſat hic homulus ex argillâ, & luto factus epicureus? Horat. 2. epiſt. Idoneus arti cuilibet, & argilla quidvis imitabitur uſu.

Poſt ædificatum Templum Dialem, Martialem, Quirinalem, & Sacerdotes Flamines creavit. Salios item duodecim Martio Gradivo aſſignavit, ſcilicèt Sacerdotes ſic dicti, quod in portandis Ancilibus, ſaltare eos mos eſſet. Virgil. 8. æneid.

Hic exultantes Salios, nudoſquè Lupercos
Lanigeroſque apices, & lapſa Ancilia cœlo
Extuderat. Liv. lib. 1. ab Urb.

Dictis Sacerdotibus tunicæ pictæ inſigne dedit, & ſupèr tunicam æneum pectori tegmen, cœleſtiaquè arma quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per Urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſollemniquè ſaldatu juſſit. Cic. 3. de orat. *Non neglecta, ut mihi videtur à Numâ Rege doctiſſimo, majoribuſquè noſtris, ut epularum ſolemnium fides, ac tibiæ, Saliorumquè verſus indicant.* Sveton. in Claud. cap. 33. *Ictuſque nidore prandiis, quod in proximâ Martis æde Saliis apparabatur deſerto Tribunali, adſcendit ad Sacerdotes, unàquè diſcubuit.* vide Plutarch. in Numa. Catuellus Sali ſubſulos appellat epigram. 17. ad Coloniam.

Sic tibi bonus ex tuâ pons libidine fiat;
In quo vel Sali ſubſtuli ſacra ſuſcipiunto.

Pontificem maximum primus declaravit, Virginesque Veſtales ſacravit.

Dies feſtos, nefaſtoſquè condidit; annum in duodecim menſes diviſit, quæ omnia quò majore apud imperitam Plebem in veneratione eſſent; ſimulavit ſibi cum Ægeriâ Nymphâ nocturnos congreſſus eſſe, ejuſquè ſe monitu, quæ acceptiſſima Diis eſſent ſacra inſtituere, poſtremò, ubi maximâ, cum reverentià, & ſuorum, & finitimorum creviſſet, quadragintaquè tribus annis regnaſſet, diem ſuum obiit. Liv. lib. 1. ab Urb. con.

His temporibus fuit Sibylla Samia Regionis Joniæ minoris Aſiæ, quæ ſexta inter Sibyllas numeratur; hanc ferunt de Chriſto prædixiſſe. Tu enim ſtulta Judea Deum tuum non cognoviſti ludentem jmortalium mentibus; ſed & ſpinis coronaſti, horridumquè fel miſcuiſti.

His etiam temporibus Tobias in Judeâ Sanctiſſimus Vir Dei fuit.

Deindè Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex, qui & Numæ ſucceſſit, ſed moribus illi diſſimilis, ferox enim atque bellator fuit, cujus vita explicatur à Liv. lib. 1. ab Urb. Virgil. lib. 6.

. . . . cui deindè ſubibit
Otia qui rumpet Patriæ, reſideſquè movebit
Tullus in arma viros, & jam deſueta Triumphis
Agmina.

Regnare cœpit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo antè Chriſtum natum, & primus in Rempublicam Quæſtores induxit, à genere quærendi quæſtores dictos, ut ſcribunt Junius Trebatius, & Feneſtella, & ſiquidem Junius Graccanus lib. 7. de poteſtatibus refert Romulum, & Numam Pompilium binos quæſtores habuiſſe, id quidem revocatur in dubium, & magis certum eſſe, Tullum Hoſtilium pri-

primùm

Digitized by Google

mùm Quæſtores ſuffragio Populi creaſſe, ut dicit Ulpianus lib. ſingularium. de officio quæſtorum.

Erat autem Quæſtura Patricius magiſtratus, nec à principio, multoſquè deindè per annos, niſi ſolis Patriciis datus eſt.

Poſteà non tam Quæſtura ſed reliqui omnes Magiſtratus Plebi communinati ſunt, ſed quædam Quæſtura ſolis plebeis conferebatur, quædam ſolis Patriciis.

Qui habebant officium pecuniæ quærendæ, ſivè in Urbe, ſivè in Provinciis, ut dicit Cic. lib. 2. de invention., & qui in legendis libris, & epiſtolis in Senatu coràm habebant, creabantur ex plebe; at qui præerant capitalibus cauſis, & ſententiis apud Conſules de Patriciis erant; poſteà dicti etiam, & uſitatiùs Quæſitores, ut dicit Cic. prò Font. & in Vatinium. ad hanc autem ſimilitudinem inquit Asconius Pædianus, Virgilius Minoëm judicem apud inferos tanquam Prætor ſit rerum capitalium Quæſitorem appellat, dat ei ſortitionem, ubi urnam nominat; dat ei electionem judicum, cum dicit, conciliumquè vocat. dat cognitionem facinorum, cum dicit uitaſquè, & crimina diſcit. verba Virgilii hæc ſunt 6. æneid.

Nec verò hæ ſinè ſorte datæ ſinè Judice ſedes
Quæſitor Minos urnam movet, ille ſilentum,
Conciliumquè vocat, vitaſque, & crimina diſcit.

Et Claud. lib. 3. de raptu Proſerpinæ

Quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos.

Sed communicatis poſteà cum Plebe Senatoris Magiſtratibus, etiam de Plebe creabantur.

Regnante Tullio Hoſtilio, Horatii, & Curiatii pro Imperio Patriæ in Vallo, alii prò Romà, alii prò Albà pugnarunt, ſed his plùs ingenio quàm vi victis Imperium Romæ Albam, quæ quatur centum regnavit annis, ſubegit.

Eo tempore Pauſanias Spartarum Rex Byzantium in Thracià condidit caput Orientis, poſteà à Conſtantino in majus auctum, & ſacri Imperii Sede in eo translatà ab illius nomine Conſtantinopolis dicta eſt. hodiè non ſinè graviſſimà Orbis Chriſtiani ingnominià crudeliſſimi Turcarum Tyranni paret imperio.

Regnavit Tullus triginti duobus annis.

Ancus Martius quartus fuit Romanorum Rex Numæ Pompilii ex filià nepos, qui & Latinos bello domuit, & Janiculum ponte, ſublicio Urbe conjunxit, Romanorumquè limites ad mare uſquè promovit, ubi & Oſtiam condidit, ut totius Mundi opes illò, veluti maritimo Urbis hoſpitio, reciperentur, carcerem primus ædificavit. Liv. lib.1. ab Urb. dictum autem volunt Ancum ἀπὸ ἀγκῶνος, hoc eſt à cubito, quem incurvum habebat, nec poterat exporrigere. Servius in illud Virgilii æneid. 6.

Quem juxtà ſequitur jactantior Ancus.

Regnare cæpit anno ſexcenteſimo quadrageſimo ante Chriſtum natum, Magiſtratus aliquos in Rempublicam non induxit, ſed primus omnium ſalinas conſtituit, regnavit annis triginta quinque. vid. Liv. lib.1. ab urb.

360

Eo tempore Nabucdonoſor Aſſyriorum, & Chaldeorum Rex regnavit in Babylone.

Eodemquè tempore Phaleris Agringentinorum Rex crudeliſſimus in Siciliâ regnavit. Huic immani Tyranno Perillus Architectus cenſens aliquid grati facere intèr cætera novorum ſuppliciorum inſtrumenta, Taurum æneum extruxit, in quem miſſi damnati, igneque ſubjecto, bovis mugitum edebant, cujus muneris nomine cum Artifex non leve munus ſperaret, primus juſſu Regis Artis ſuæ ſpecimen præbuit, tandèm ipſe quoque Phalaris cùm nimia ejus atrocitas ulteriùs ferri non poſſet, facto in eum univerſorum Civium impetu correptus, ei ipſi tauro, quo alios exuſſerat, incluſus vivus crematus eſt. Cic. lib.2. offic. Phalaris præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non inſidiis interiit, ſed in eum univerſorum Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Ovid. in Epiſt. Par ad Nel.

Utque ferox Phalaris linguâ priùs enſe reſectâ
More bovis Phario clauſus in ære gemas.

Regnavit Ancus Martius viginti quatuor annis.

Tarquinius Priſcus Quintus Romanorum Rex Demarathi Corinthii filius ante Lucum dictus, quod in oppido Tarquiniorum propè lacum in Tuſciâ natus erat, Romam ſeſe contulit, ubi brevi propter opes, ingeniique dexteritatem in Anci Martii Regis amicitiam inſinuatus, ab eodem relictus eſt Liberorum ejus Tutor; Quorum tamen commoda propriis rationibus poſthabuit, brevique perfecit, ut magno Plebis conſenſu Rex crearetur. Quare, ut Regnum parum juxtè partum ſtabiliret, centùm Patres Equeſtri ordinis in Senatu allegit, Patreſque conſcripti nunc primùm ceperunt nominari, veluti in novum Senatum lecti, atquè conſcripti, quamquam poſtremò uſus obtinuerit, ut omnes Senatores uno Patrum conſcriptorum nomine vocarentur, ut Plutarcus his penè verbis demonſtrat. Hoc noſtro ſeculo Senatores à Romanis Patres conſcripti ab exteris Principes vocantur. Hi minorum deindè Gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ratus, cujus beneficio in Senatum veniſſent. Bellum primùm cum Latinis geſſit, oppidumque Appiolas vi cœpit. Circo maximo primus locum deſignavit, locaque Patribus, Equitibuſque diviſit, ubi ſibi quiſque ſpectacula faceret. Sabinos victos. Collatia, Agroque Collatino mulctavit Corniculum, Ficulneam veterem, Camariam, Cruſtumeriam, Ameriolam, Medu*liam*, & Nomentum, priſcorum Latinorum partim expugnavit, partim in deditionem accepit. Tandèm cum annos duodecim quadraginta regnaſſet, dolo liberorum Anci in Curiâ eſt obtruncatus. Liv. lib. 1. ab Urb.

Ad hunc Regem ſibylla Cumana, quæ ſeptima inter ſibyllas dicitur, nomine Amalthea, novem attulit libros, & pro eis trecentos popoſcit philippeos. Regeque aſpernante magnitudinem pretii, in conſpectu ejus tres libros exuſſit, & prò reliquis idem pretium poſtulavit. cumque à Rege velùt delira irrideretur, tres prætereà alios conbuſſit, nihiloque minùs pretio prò reliquis tribus petiit. Tum rex mulieris conſtantiam commotus, tres illos libros philippeis trecentis comparavit, juſſitque hos libros in Capitolio religioſiſſimè aſſervari, & de rebus dubiis à quindecim Viris, velùt oraculum conſuli. hos libros deindè Stilico cum adversùs Honorium ejus Generum, & Archadium Principes defectionem moliretur, exuſſit. Qui quamvis ab Eutropio, & Claudiano Poëtâ multis laudibus eſt celebratus, tamèn à Rutilio dicitur.

Nè tantùm Patriis ſæviret proditor armis,
Sancta ſibyllinæ fata cremavit Opis.

His temporibus Nabucdonoſor ſecundus magnus appellatus Hieruſalem, & Templum diripuit, & Draco Atticus ſuas leges edidit. Gell. Cap.18. lib.12.

Fuit, regnante Tarquinio Priſco, Solon, ut dicit idem Gellius cap.21. lib.17. qui fuit unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, Patriâ Salaminius, qui Athenis claruit; Hic Athenienſibus leges dedit, tanto temperamento compoſitas, ut parem gratiam à Senatu, & Plebe contraheret, quamquàm Plebs, & Senatus in ſummâ priùs eſſent diſſentione. Draconis autem leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas ſtatuebant,) quod juſtò atraciores viderentur, omnes obrogavit. Illis enim in omnia ſcelera æqualis pœna ſtatuta erat, adeout etiam ii, qui otii damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe Plaut Aſin. ſc. 2. A. 3. videlicet Solon eſt, leges, ut conſcribat ἄρχιν. florebat tunc in Republicâ Piſiſtratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud Populum, quàm hujus ſapientia; ceſſit ſpontè Solon, Tyrannum fugiens. Primùm in Ægiptum, deindè in Cyprum, poſtremò ad Cræſum Regem, cujus cum opes videret, oſtentanti Cræſo, atque interroganti, nùm quis ſe felicior eſſet? Reſpondit, Tellum quemdam pauperem admodùm alioqui fuiſſe juſtum Athenis egentem; Qui in ſuo prædiolo ſolitarius conſenuerat; ſimul affirmans, nihil eſſe felix, quando temporum mutationi ſubjaceat. Felicitatem tantùm finem indicare; Cujus ſententiæ Cræſus poſteà à Cyro captus meminiſſe dicitur. Solon indè in Ciliciam profectus Civitatem à ſuo nomine Solos dixit, in quâ Athenienſes colonos ſtatuit, qui intervallo temporis ab Atticâ linguâ deſciſcentes, ſoleciſſare dicti ſunt. Undè verbum ſolæciſmi tractum. deceſſit in Cypro annorum LXXX. Mandavitque oſſa ſalaminum transferri, ibique per Regionem proiici, ac diſſipari, nè Athenas inferrentur, quoniam diſcedens, jurejurando Cives adegerat, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. Relinquit etiam Conciones, & Epiſtolas quaſdam. Epigramma ſepulcro ejus inſcriptum Cicero in hanc ſententiam commemorat Tuſcul. quæſt. lib.1.

Mors mea nè careat fletu, linguamus amicis
Mærorem, ut celebrent funera cum lacrimis.

Ex Plutarco, & Diogene, Laërtio.

Servius Tullius ſextus Romanorum Rex regnare cepit anno quincenteſimo octuageſimo antè Chriſtum natum, & in ipſo Regni principio latericis mænibus cinxit urbem Romam advertenſque urbem aliorum Regum virtute, ac ſapientiâ rebus omnibus vehementèr eſſe auctam annorum centum ſeptuaginta trium ſpatio. Cenſum conſtituit, & incrementa fuiſſe tanta, ut capita ducenta milia numerata ſint, prætèr orbos, & viduas, ſenio, morboque confectos, & ab his Cenſores beneficio Populi Romani cenſus eſigerent, ordine tamèn in tabulis poſito. Utpotè cum Civium Romanorum tria genera fuiſſe conſtet, Senatores, Equites, & Plebem. Et Plebeis Equites Equitibus Senatores dignitate præſtitiſſe, ratio poſtulabat, quod etiam veterum exempla teſtantur, ut in cenſu primus ordinis Senatorii locus. Equitum ſecundus, Plebis verò eſſe poſtremus. Primùm igitur recitabantur omnia Senatorum nomina, & inter Senatores primùm recitari ho-

162

norificum erat, quod quidem in arbitrio cenſorum erat poſitum, eodem modo Princeps Equeſtris ordinis decebatur, quem Cenſores primo loco ſcripſiſſet in iis tabulis, quæ Equitum nomina continebant: ſic etiam ſpectandi locum in Theatro Senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt. Quod inſtituere Actilius Serranus, & Lucius Scribonius Libo Ædiles Curules Cenſorum Juſſu; Undè, & Libonis puteal ab Horatio lib.1. Epiſt.20. eſt appellatum.

. . . . . Forum putealque libonis
Mandabò Siccis . . . .

Deinde Lucius Roſcius Otho Tribunus Plebis Ciceronis ætate legem tulit, quà lege roſciâ, primùm, Equites à Plebe diſtincti ſunt, & aſſignavit Equeſtri ordini in Theatro XIIII. gradus, inquos neminem recipere liceret, niſi quadringentorum millium ſextertiorum cenſum expleret.

Fuit autem Servius Tullius ſextus Romanorum Rex ex ſervâ natus, qui poſt Tarquinii Priſci necem ad Imperium provectus Etruſcos incenti prælio fudit. Hic primus luſtrum condidit, & Cenſores inſtituit. Urbis pomaria protulit Quirinali, & Viminali collibus muro incluſis. Tandem jam ætate provectior à Lucio Tarquinio Genero occiſus eſt, & inſepultus in viam abjectus, idque inſtinctu Dulliæ filiæ ſuæ, quæque etiam conſpecto Patris cadavere aurigam ejus reverentia lora retorquentem, compulit, ut per medium Patris corpus carpentum ageret, à quo tàm immani ſcelere ei vico, in quo hæc patrata ſunt, ſcelerati nomen manſit, & Tarquinius ex moribus, & ſcelere ſuo ſuperbi nomen reliquit, vidè Tit. Liv. lib.1. ab urbe.

Eo tempore Cirus Perſarum Rex Imperium obtinuit, in quo etiam fuit Sibylla Helleſpontica virgo fatirica, quæ inter Sibillas octava numeratur.

Hâc quoque tempeſtate fuit Æſopus Phrigius Fabulator excellens.

Fuit, & Pythagoras Philoſophus ſamius illo tempore, cujus menſionem facit celebris Joannes Baptiſta Vico de Conſtantiâ Philologiæ parte poſteriori. cap. 1.& , ut docet Tit. Liv.lib.1. ab urbe. Hic fuit Mneſarchi Annulorum Scriptoris filius, & italicæ philoſophiæ Princeps, de quo extat celebre illud elogium apud Ovid. 15. metam.

Mente Deos adiit, & quæ natura negavit
Uſibus humanis oculis ea pectoris hauſit.

Auditor fuit Pherecyidis Syri poſt cujus mortem Hermodamanti jam ſeni Creophili nepoti ſe in diſciplinam dedit. Sub quo cum ſatis profeciſſe videretur, in Ægiptum navigavit, ut illorum Theologiam, ritus, moreſque cognoſceret. Deindè Aſtrologiæ Chaldaicæque diſciplinæ cupidus, Babilonem ſeſe contulit: ubi ſiderum curſus, eorumque in genus hominum effectus eſt edoctus, Spartam quoque adiit, & in Cretam navigavit, ut Minois, & Lycurgi inclytas eo tempore leges cognoſceret. Poſt hæc in Patriam rediens, cum eam à Polycrate Tyranno occupatam vidiſſet in eam partem: Italiæ ſeceſſit, quæ magna Græcia dicta eſt: delectâque ſede apud Crotoniatas magno auditorum affluxu phyloſophiam profeſſus eſt, quo tempore Romæ regnabat Servius Tullius, ut docet Liv. lib. 1. ab urbe. Audjtores fertur habuiſſe non pauciores, ſexcentis, qui noctu ad eum audiendum confluebant, ex quibus clariſſimi fuerint Archytas Tarentinus, Alemæon Crotoniata, Hippaſus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata.

Primus

Primus τῆς μετεμψυχώσεως hoc eſt Transfuſionis animarum in alia corpora aſtructor fuit, idque, ut faciliùs perſuaderet, primùm ſe Æthalidem Mercurii filium fuiſſe affirmabat; cumque à Patre optio ſibi facta eſſet, petendi quidquid vellet, exceptâ immortalitate, ſe ab illo petiſſe ut, & vita functus omnium, quæ contingerent, memoriam haberet, eamque ab cauſam ſe omnium, quæ in vitâ geſſiſſet, meminiſſe, eamdemque memoriam poſt obitum reſervaſſe. Poſt Æthalidæ mortem Euphorum ſe fuiſſe ajebat, & deindè Hermotimum, poſteà Delium quendam piſcatorem nomine Phirrhum: mortuoque Phirrho ſe factum eſſe Pithagoram. crotoniatas leges conſcripſit, populoſque luxuriâ diffluentes aurhoritate, & doctrinâ ad frugalem cultum revocavit, adeout, & mulieres, integritate ejus, vitæque, ſeveritate adductæ, auratas veſtes, ornamentaque laſciviora, in templo Junonis conſecrarent. Poſtremò cum multos annos Crotonæ egiſſet, Metapontum commigravit, ubi, & ſupremum diem obiit, quamquam aliis alia tradentibus, de mortis genere non ſatis conſtat. Quanti autem illum vivum feciſſent Metapontini, poſt obitum ejus declararunt, ædes ejus pro templo ei conſacrantes, diviniſque honoribus, mortuum proſequentes. Ab animalium carnibus, & à fabis religioſiſſimè abſtinebat.

Quod, & tangit Juven. ſatyr. 15.

Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abſtinuit, qui
Tanquam homine, & ventri indulſit, non omne legumen.

De ætate quâ fuit Pytagoras legendus Plutarchus in Numâ, ubi etiam ipſe Pythagoras cicuraſſe aquilam dicitur, idque oſtentaviſſe in ludis Olympicis ejuſdem femur aureum ibidem.

Regnavit Servius Tullius annis quatraginta quatuor.

Tarquinius itaque ſuperbus ſeptimus, & ultimus Romanorum Rex cognomen à moribus meruit, occiſo Servio Tullio Socero, Regnum ſceleſtè occupavit. Bello tamen ſtrenuus, Latinos, Sabinoſque domuit. Sveſſam ab Hetruſcis eripuit. Gabios per Sextum filium, ſimulato transfugio, in poteſtatem redegit ferias latinas primus inſtituit, cumque Capitolium extruere inciperet, caput hominis invenit, ex quo cognitum eam urbem, caput Gentium futuram, ut ſcribit Terentius Varro de linguâ latin. lib. 4. Demùm cum in Ardeæ obſidione eſſet, filius ejus Quintus Tarquinius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exilium actus ad Porſenam Hetruriæ Regem ſe contulit, cujus ope Regnum retinere tentavit.

Et jam Porſena Rex Hetruſcorum prò reſtitutione Tarquinii ſuperbi adverſus Romanos bellum ſuſcepit, ut dicit Liv. lib. 2. ab urb., & Virgil.

Nec non Tarquinium ejectum Porſenna jubebat.

Accipere, & Plutarch. in publ. honoribus ejus Romæ. Et comperato exercitu Romam venit, ſimulatque ad urbem adventavit Janiculum Montem trans Tiberim caſtrametatus eſt, ibiquè milites tentoria locarunt, quo in loco vario eventu cum Romanis pugnatum. Deinde Rex acie inſtructâ exercitum in urbem impellit, cui Oratius ſtrenuiſſimus Romanorum virtute magnâ ſuprà pontem armatus occurrit atque tenuit, cumquè Patres imminens Urbi periculum metuiſſent, & à Rege inducias petiiſſent, decem Virgines eidem obſi-

64

obſides tradiderunt, in quibus fuit Clælia Oreſtilla. Oreſtilla nobilis Virgo Romana, quæ unà cum reliquis Virginibus, deceptis cuſtodibus, conſcendit equum, & incolumis ad ſuos per Tyberim noctu trajecit; quamobrem Romani novam in Fœminâ virtutem, novo honoris genere ornandam rati, ſtatuam ei equeſtrem in ſummâ ſacrâ viâ poſuerunt. Liv. lib. 1. ab urb. Valer. lib. 3. cap. de fortitud. Virgil. circa finem lib.8.

Et fluvium vinclis innaret Clælia ruptis.
Juvenal. ſat. 8. ad fin.
Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperii fines Tyberinum Virgo natavit.

Deinde Mutius nobilis Romanus animo maximo, & manu ſtrenuus, acceptâ poteſtate à Senatu in caſtra Regis ſolus intravit, eo animo, ut Regem occideret, ſed Satellitem Regis, purpurâ indutum, per errorem occidit, comprehenſus, & ad Regem perductus, juſſus eſt, & conjuratos, ſi qui eſſent, indicare. Mutius, ut oſtenderet ſe, nullo ſupplicio vinci poſſe inſupèr, & pœnam de dexterâ ſuâ exigeret, quòd incæde aberraſſet, ipſam igni impoſitam in conſpectu Regis ſibi ipſi aduſſit, ob quod Martial. lib.1. dixit.

Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Undè poſteà Scævola cognominatus eſt, quod ſiniſtrâ manu uti cogeretur. Valer. Max. etiam refert. Liv. lib.2. ab urbe. Quapropter Rex ejus fortitudinem admiratus, Eum liberum dimiſit. Mutius igitur, ut Regi aliquid grati faceret, eidem indicavit trecentos juvenes in eum ſimilitèr conjuraſſe, quâ re territus Porſena bellum, acceptis obſidibus, depoſuit, At Tarquinius pulſus Junii Bruti virtute, Cumas conceſſit, ubi per ſummam ingnominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liv. lib.1. ab urb.

Eo tempore vigebant Romæ ſtrenuiſſimi Juvenes Viri Patricii, & inter conjuratos Oratius Cocleſ. Mutius Scævola. Publius Cornelius COSSUS, Lucius Sicinius Dentatus Spurius Caſſius, Marcus Cornelius Maluginenſis, cæterique quamplures.

Fuit enim Romana res publica ſub Regio dominatu annis ducentis quadraginta quatuor, ut Cajus Sembronius ex veterùm monumentis ſcriptum reliquit.

Liberatâ Romanâ urbe Regio dominatu, Populus libertatis *guſtat* initia, ut Joh. Baptiſtæ Vici de conſtantiâ philologiæ poſteriori in parte cap. 1. verbis utar. & creare cepit Senatores Magiſtratus, itaquè duo Conſules conſtituti ſunt ex ſolo ordine Senatorio pœnès quos ſummum jus uti eſſet, lege rogatum *eſt*, dictique ſunt Conſules ab eo, quod plurimum Reipublicæ in ulerent, qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege latâ factum eſt, ut ab eis provocatio eſſet, nevè poſſent in caput civis Romani animadvertere in juſſu Populi Romani; ſolùm relictum eſt illis, ut coërcere poſſent, & in vingula duci juberent, propterea Quæſtores conſtituebantur, qui capitalibus rebus præeſſent, hiquè appellabantur Quæſtores parricidii, quorum etiam meminit lex XII. tabul., niſi de Majeſtatis crimine ageretur, ut de Vitelliis, & Aquiliis, qui Tarquiniæ gentis utrique fuerunt, & cum de Tarquinio Rege reſtituendo cogi-

cogitaſſent, damnati à Populo pœnas morte debitas luerent. Hanc legem conſtituit Populus in Templo Martis, rogatione Junii Bruti, cujus conſilio, & ope Tarquinius ultimus Romanorum Rex ejectus eſt à Regno, ibique ſacrificiis libatis, conſtitutum eſt jurejurando, Regis nomen Reipublicæ ſemper deteſtabile, & in Majeſtatem eſſe Romani Imperii.

Itaquè primus Conſul creatus eſt Junius Brutus, cui Tarquinius Collatinus datus eſt Collega; quo tamèn non multò poſt coactus ſeſe abdicare, non aliam ob cauſam, niſi quod Tarquiniorum eſſet propinquus, eodemque cum illis nomine diceretur, in cujus locum ſuffectus eſt Conſul P. Valerius Poplicola; ſed antè omnia juſſu Populi ſancitum eſt, ut rerum divinarum præcipua cura eſſet, Regem ſacrificulum creari. Nam, & ipſi Reges quamquam ex ſenioribus ſanctiſſimo ſacerdotio prædictum deligebant, cui rerum divinarum cura eſſet, & quædam publica ſacra per ipſos Reges factitata in commentariis traderent. Is enim Rex ſacrificulus appellabatur, ſic etiam ejectione Regum, mutato ſtatu Civitatis, ut rerum divinarum cura haberetur, juſſi Pontifices, atquè Augures ex ſenioribus aptiſſimum unum deligerent, qui nullius rei præterquam divini cultus poteſtatem haberet ab omni alio civili, bellicoque munere liber. Regis ſacrificuli titulo, itaut id Sacerdotium Pontifici ſubjiceretur, nè additus nomini honos aliquid libertati, (cujus tunc præcipua erat cura), officeret.

Ii ergo Pontifices, & Augures Sextum Papinium gente jam tunc patricium virum honeſto ocio, ac quieti deditum primùm Regem ſacrificiorum creavere.

Iſquè in primis peritus juris leges omnes regias in unum contulit, nam cum anteà Ancus Marcius Rex Romanus leges ſacras à Numà latas indeſuetudinem jam abeuntes reduxiſſet in Civitatem, eaſque ex commentariis Pontificum exſcriptas in foro tabulis quernis ſculptas propoſuiſſet, ejectis indè Regibus, Papinius hic ſacras omnes, prophanaſque leges à Regibus latas in uſum publicum duxit conſcripto Codice, quem poſtea Jus civile Papirianum appellarunt; non quod ibi quicquam de ſuo Papirius adjecerit, ſed quod leges variis temporibus latas, & ſine ordine apud Pontificem commentaria deliteſcentes in unum corpus compoſitas invulgaverit, eæ paulò poſt cum XII. tabulæ ferentur tributâ lege abrogatæ ſunt.

Vixit autem Sextus Papirius, Tarquinio ſuperbo Regnante, & ſub initia libertatis Romæ.

Eo tempore Cyrus Campiſis Perſarum Regis filius, qui imperium obtinuit, & primus fuit, devicto Aſtvage ultimo Medorum Rege, qui Medorium Imperium tranſtulit in Perſas, deindè Atoſſam filiam ſuam Dario Aſtyagis filio nuptui dedit, poſteà ſimùl cum genero Babilonem Topiri induſtriâ cœpit, & Baldaſſarem Regem trucidavit, duos annos regnaverunt ſimùl, deindè Cyrus ſubactâ Aſiâ totum Orientem in poteſtatem redegit; poſtremò cum bellum Scythis intuliſſet, eoſquè clade magnâ affeciſſet, Thomyris eo tempore Scytorum Regina, compoſitis inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo Rege trucidavit, itaut neque Nuntius tantæ cladis ſuperfuerit; caput Cyri ambutatum in utre humano ſanguine pleno cōjectum fuit cum hâc exprobatione *Satia te ſanguine, quem ſitiſti*, hic primùm Agradatus dictus fuit, & poſteà Cyrus ab ejuſdem nomi-

66

nominis fluvio per cavam perſidem fluente, juxtà quem fuit expoſitus, res ejus geſtas vide latiùs apud Xenophontem in Pædiâ,hæc Herodatus, & Juſtinus lib.1.

Poſt Conſulatum Bruti, & Poplicolæ idem Poplicola, & Lucretius Tricipitinus Pater Lucretiæ creati ſunt Conſules.

Biennio poſt creati ſunt Tribuni militum, qui partem cum Conſulibus poteſtatem haberent, horum duo erant genera, alii Rufuli dicebantur, qui in Exercitu creari ſolebant; alii comitiati qui Romæ comitiis deſignabantur. Rufulorum officium erat, ut miles veſte indutus, armis benè munitus excogitationis uſu, & diſciplinâ eruditus incederet; & hi promiſcuè ex Patribus, & Plebe creabantur, vario quidem numero, interdùm plures nunquàm pauciores fuerunt, ut Pomponius lib. 1. Digeſtorum ſcribit Comitiati primùm ex Patribus creati ſunt deindè ſimilitèer ex Patribus, & Plebe creati ſunt Horum officium erat militibus præeſſe, & in eos animadvertere, & noſtris temporibus Tribunus militum vulgeritèr nuncupatur *Maſtro di Campo*, & in deſignatione Conſulum creabatur ſolus inter dùm plures, qui Conſulum loco Rempubl. regerent, & Primus ex Patribus creatus fuit Tribunus militum ſupradictus A. Cornelius Coſſus, is qui in conjuratione Porſenæ Regis occidendi fuerat. Spur. Largio Rufo, & Tito Hermoniano Aquilino Conſ. quo tempore Tolumnius Lartes Vejentum Rex magno Hetruſcorum exercitu comparato Romam venit, cui Coſſus jam notus Tribunus Militum occurrit, & cum Rege potentiſſimè bello congreſſus, eum ſingulari certamine occidit, & opima ſpolia Jovi Feretrio attulit, hic primus omnium poſt Romulum ſpolia opima dicavit, quibus ſpoliis non proprium ſed Urbis nomen inſcripſit, hæc ſunt verba Titi Livii hiſt. ab Urbe cond. lib.4.

Erat tum inter Equites Tribunus militum Aulus Cornelius Coſſus eximiâ pulchritudine corporis animo, ac viribus par, memorquè generis quod ampliſſimum acceptum, majus, auctiuſquè reliquit poſteris. Is cum ad impetum Tolumnii quacumquè ſe intendiſſet trepidantes Romanas videret Turmas, inſignemque cum ragio habitu volitantem totâ acie cognoviſſet, hiccine eſt, inquit, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris? jam ego hanc mactatam victimam (ſi modo ſancti quicquam in terris eſſe Dii volunt) legatorum manibus dabo, calcaribus ſubditis infeſtâ cuſpide in unum fertur hoſtem, quem cum ictum equo dejeciſſet, confeſtim, & ipſe haſtâ innixus ſe in pedes excipit, aſſurgentem ibi Regem umbone reſupinat reperitumque ſepiùs cuſpide ad terram affixit, tum exangui detracta ſpolia, caputque abſciſſum victor ſpiculo gerens, terrore cæſi Regis hoſtes fundit, ita Equitum quoque fuſa acies, quæ una fecerat anceps certamen. Dictator fugatis legionibus inſtat, & ad caſtra compulſos cadit. Fidenatium plurimi locorum notitiâ effugere in montes. Coſſus Tyberim cum equitatu tranſvectus ex agro Vejentano ingentem detulit prædam ad Urbem. Inter prælium, & ad caſtra romana pugnatum eſt adverſus partem copiarum ab Tolumnio, ut ante dictum eſt ad Caſtra miſſam. Fabius Vibulanus coronâ primùm Vallum defendit, intentos deinde hoſtes in Vallum exgreſſus dexterâ principali cum triariis repentè invadit, quo pavore injecto, cædes minor, quià pauciores erant, fuga non minus trepida, quàm in acie fuit, omnibus locis re bonâ geſtâ, Dictator Senatus conſulto, juſſuquè Populi triumphans in Urbem rediit

longe

longè maximum triumphi ſpectaculum fuit Coſſus ſpolia opima Regis interfecti gerens in Eum milites carmina incondita æquantes Eum Romulo, canere: Spolia in Æde Jovis Feretrii propè Romuli ſpolia, quæ opima appellata ſola eâ tempeſtate erant, cum ſolemni dedicatione dono fixit averteratquè in ſe à curru dictatoris civium ora, & celebritatis ejus diei fructum propè ſolus tulerat, Dictator coronam auream libræ pondo, ex publicâ pecuniâ, populi juſſu, in Capitolio Jovi donum poſuit. Omnes antè me auctores ſecutus, A. Corneliumè Coſſum Tribunum militum, ſecunda ſpolia opima Jovis Feretrii Templo intuliſſe, expoſui. Cujus teſtimonium veritatis confirmat etiam Joannes Botero in ſuis univerſalibus relationibus lib. 9. de præmio illis verbis. Era anche onor grande il portare al Tempio di Giove le ſpoglie opime, e tali ſpoglie erano quelle, che il Capitano de'Romani toglieva al Capitano de'nemici, ed in tutto il tempo della Republica Romana non ebbero queſto onore più di trè i quali furono Romolo, Cornelio Coſſo, e Marco Marcello, &c. *Cæterum præterquam quòd ea ritè opima ſpolia habentur, quæ Dux Duci detraxerit, nec Ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. titulus ipſe ſpoliis inſcriptus, illos, meque arguit, Conſulem ea Coſſum cepiſſe. Hoc ego cum Auguſtum Cæſarem, Templorum omnium conditorem, aut reſtitutorem ingreſſum Ædem Feretrii Jovis, quam vetuſtate dilapſam refecit, ſe ipſum, in thorace linteo ſcriptum legiſſe audiſſem, prope ſacrilegium ratus ſum Coſſo ſpoliorum ſuorum, Cæſarem ipſius Templi auctorem ſubtrahere teſtem, qui ſi eâ in re ſit error, quod tam veteres annales, quodque Magiſtratuū libri, quos linteos in Æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores, nono poſt demum anno, cum T. Quincsio Penno A. Cornelium Coſſum Conſulem habeant: exiſtimatio communis omnibus eſt, nam & illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri poſſet, quod imbelle triennium fermè peſtilentia, inopiaque frugum circà A. Cornelium Conſulem fuit, adeout quidam annales, velut funeſti, nihil præter nomina Conſulum ſuggerant, tertius ab Conſulatu Coſſi annus Tribunum eum militum conſulari poteſtate habet: eodem anno Magiſtrum Equitum, quo in imperio alteram inſignem edidit pugnam equeſtrem, ea libera conjectura eſt; ſed ut ego arbitror, vana verſare in omnes opiniones licet, cum auctor pugnæ, recentibus ſpoliis in ſacra ſede poſitis, Jovem prope ipſum, cui vota erant, Romulumquè intuens haud ſpernendos falſi tituli ſeſe Aulum Cornelium Coſſum Conſulem ſcripſerit.*

Iphicrates enim teſte Æmylio, Plutarcho, & Svidâ vir Athenienſis diſciplinæ militaris excellens primus omnium ſpoliis bello captis nomen ſuum inſcripſit, cum antea ſolius Civitatis inſcriberetur.

Eo tempore Holofernes Princeps exercitus Regis Aſſyriorum Hieruſalem arctiſſimâ præmebat obſidione; & Judith Vidua hebræa, quæ erat eleganti formâ nimis, & incredibili pulchritudine ornatiſſimo cultu cum ancillâ ad Aſſyriorum caſtra perrexit, quæ ducta ad Holophernem, & ab eo ardentiſſimè adamata, vecordis amantis; dormientis amputavit caput, & victrix incolumis ad ſuos rediit, Patriamque ab abſidione liberavit.

Fuerunt, & alii Tribuni ærarii, ita dicti ab eo quod his attributa erat pecunia, quam prò ſtipendiis militibus erogabant.

D Plebs

3.68

Plebs quoquè Tribunos creavit, qui commoda plebis adverſùs patricios tuerentur, & injuriam omnem interceſſione eorum prohiberent, his tamen ante latam legem XII. tabularum aut pro certo ante ſeceſſionem ferre plebis cita jus non erat, ea proptèr à Patribus varlis modis præmebatur.

Eo tempore Martius Coriolanus nobiliſſimus romanus, qui cognomen in memoriam Coriolanorum Urbis à ſe expugnatæ uſurpavit, plebis odio in exilium actus, Volſcis populi Romani hoſtibus ſe conjunxit, patriæquè infeſtiſſimum bellum intulit. nequè à quoquam aut præcibus aut minis inflecti potuir, niſi à Volumniâ matre, & Veturiâ uxore Liv. lib. 2. ab Urb. cujus mentionem facit etiam Cicero *in Bruto*. cujuſque vita, eſt latiùs apud Plutarchum.

Deindè proptèr diſcordias, diuturnaſquè contentiones intes patricios & plebem placuit creari Dictatorem conſtituendæ Civitatis cauſâ, & primus, dictator Titus Largiuscreatus eſt, & Spurius Caſſius Magiſter Equitum, qui poſteà Regni affectati crimine damnatus, cui plùs ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici Conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim populuſque Romanus non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto, domum ſuperjecit in ſolo autem aedem tellyris fecit. Author Valerios lib. 6. cap. 3.

Creabatur enim Dictaror à Conſule vivâ voce non per ſuffragia, nec durabat ultra ſex menſes, & quia ſumma poteſtas erat Dictatoris in populum, Is quoquè magiſter Popnli appellatus eſt, erat autem extraordinarius Magiſtratus habens jus animadvertendi in cujuſcuſque civis romani caput, nec ab eo provocandi jùs erat.

Cæterum poſt aliquot annos cum proptèr inteſtinas diſcordias, quod Patres ferre plebiſcita indignarentur. Plebei ſe nimium premi Patrum decretis fremerent, placuit Populo romano leges à græcis peti Civitatibus, cumque per legatos romanos allatæ eſſent, intentè inſtabant Tribuni Plebis, ut tandem ſcribendarum legum initium fieret. Conſules ubi aliquandiù variis calumniis rem inviſam Patribus extraxere, tandem ut in alios trasferrent onus, comitia anre diem indicunt, & ſucceſſuros ſibi ad legitimum tempus Conſules creant Appium Claudium, & Titium Genutium: Tribuni ad deſignatos Conſules, præcipuè Appium confugiunt, modo publicè modo ſemotim, ut Plebi conſulant, addunt ſpem præcibus, honores, atquè ingentes, à Plebe opes pollicendo donec pervincant, ut legum conſcriptio repreſentetur: Cæperat Appium Claudium cupido extraordinarii magiſtratus, quo leges patriæ daret, futuras civilis concordiæ ac pacis, jam pridem inter ordines labefactatæ perpetuum ſtabilimentum, igitur adducto in ſuam ſententiam Collegâ, vocatus ſepe in concionem à Tribunis multis verbis humaniter diſſeruit; vehementèr placere ſibi atquè Collegæ ferri leges, quæ omnem æqui boniquè contentionem dirimerent, idquè ſe ſententiæ loco dicere, & quando de legibus convenerit, de latoribus non eſſe divutiùs diſcrepandum, ſeù de Patrum, ſeù de Plebis corpore liceat, quin agite, inquit, Conſules comitia creandis latoribus legum indicite, quod ſi proptèr deſignatos

tos nos novum alium inducere conſulari poteſtate in Rempublicam magiſtratum veremini, nihil impedimento ſumus, ſufficiendis in locum noſtrum honore cædimus, modo id Senatus probet. Collaudante Appii orationem universâ concione.

Sextius Conſul ſolus cum Domi Collegam morbus detineret, Senatum vocat de legibus ferendis, dictiſque compluribus in utramquè partem ſententiis, alii peregrinas reſpuebant leges, ac manendum patriis inſtitutis cenſebant; aliis tolli diſcordiarum cauſas placebat. Vicit tandem Appii ſententia, quam primus rogatus dixerat aſſentiente Collegâ; placet itaque creari decem viros, ſinè provocatione, qui confeſtim magiſtratum ineant, & nequis eo anno alius magiſtratus eſſet, ut ij ex patriis inſtitutis græciſquè legibus optima quæquè deligentes interpretanteſque, Reipublicæ futura commoda jura conderent, eaque ita rata ſanctaquè futuris Judicibus, & magiſtratibus fore. ſi Senatus probaſſet, juſſiſſetque Populus. Creati decem viri ſunt Appius Claudius. Titius Gennutius. Pub. Seſtius. Lucius Veturius. Cajus Julius. Aulus Manilius. Pub. Sulpitius. Pub. Curiatius. Titius Romulius. & Spurius Poſtumius. Itaqua novus in Rempublicam Magiſtratus inductus eſt; ejus tamèn totius regimen pœnès Appium erat. Ii cum decem tabulas legum confeciſſent, eæquè apud Populum Sancitæ eſſent. Vulgatur rumur (autoribus ipſis decem viris) duas deeſſe tabulas, quibus adjectis, abſolvi poſſe, velut corpus omnis Romani juris, Ea expectatio, cum dies comitiorum appropinquaret deſiderium decemviros iterum creandi fecit. Appius quoque cumdiù diſſimulaſſet dimiſſâ jam in diſcrimen dignitate, in ſequentem annum, eandem, quam gerebat dignitatem; petit. Placuit Tribunis, & unvierſæ concioni alios in ſequentem annum creari decemviros. Appius decemviros creat, & ſe in primis, quod quidem nemo facere auſurum crediderat. id ipſum enim peſſimo exemplo nemo unquam feciſſet. Creati ſunt cum eo Mar. Cornelius Maluginenſis M. Sergius. Lucius Minutius. Q. Fabius Vibulanus. Titus Antonius Merenda. M. Rabulejus. Plebei tres Q. Petilius. Ceſo Duillius. Spurius Oppjus Cornicenſis. Dicente Appio, cum unus ille magiſtratus omnium authoritatem teneret, & Conſularem, & Tribuniciam poteſtatem, non excludendam honore plebem, & ſi Senatus contra decreviſſet, & jam indè ſuo vivere ingenio cæpit. novoſque collegas jam priuſquam inirent magiſtratum in ſuos mores formare. Camque major pars anni jam proceſſiſſet, & duæ tabulæ prioribus decem adjectæ eſſent, nulla tamen perferendarum tabularum, ſeù magiſtratuum creandorum gratia mentio comitiorum fiebat. Jamque res ſpectare ad tyrannidem videbatur, & Idus Majæ venerant, nullis ſubrogatis Magiſtratibus. Privati neque animum ad inhibendum Decemviris Imperium, neque ad ſpeciem honoris prodeunt. Itaque deploratur in perpetuum libertas; id enim Regnum haud dubium videbatur. Externi etiam hoſtes ſpem victoriæ in diſcordiâ Romanorum collocantes, arma movent. tandem coacto belli gratia poſt longam intermiſſionem Senatu. Cum Appius caput malorum omnjum, & Collegii longâ atquè accuratâ oratione retuliſſet. copias ad urgens bellum extemplò educi. *Lucius Valerius Poti-*

70

tus, prius quam ordine ſententiæ rogarentur, quaſi in Appium dicturus ſurrexit, tum Appius, quod futurum erat ſuſpicatus, non eſt, inquit, locus dicendi tuus Valeri. Ubi rogandis ordine ſententiis ventum ad te erit, poſt eos qui majore ætate, majore magiſtratu uſi ſunt, dices: cumque ille nihilominùs poſtularet, ut de Republicâ liceret dicere, prohibentibus minaciter Decemviris proditurum ſe ad Plebem tumultum excivit. Marcus deinde Oratius Barbatus, atque alii atroces, liberaſquè ſententias dicunt in Appium; donec ille irritatum Senatum vetitus, impetrato precibus ſilentio. Neminem, inquit, veſtrum P.C. fraudamus dicendi poteſtate; ſi dicturi ordine eſtis, ſed intempeſtivos, atquè importunos hos coercemus; nequè eſt quemadmodum ſuccenſetis, erit Valerio, erit Oratio, ac deinceps aliis ſuus dicendi locus: tantum ex veteri inſtituto ordine rogati ad id quod in præſentiasum refertur de bello dicant. Itelliges profectò Marce Orati, nobis à Populo Conſularem Tribunitiamque poteſtatem datas, nec dum magiſtratus tempus exceſſit, creati ad præſcribendas leges ſine certo die ſumus, perlatis legibus, magiſtratu abibimus, ejuſque ratio exigenti dabitur: antè conſularem tribunitiamque poteſtatem nequë minuere, neque decedere de jure noſtro, ac majeſtate in animo eſt. Dicite per honorum atquè ætatis gradus de bello ſententias, & quâ Potiſſimum ratione hoſtibus obſiſti poſſit. Variæ fuerunt Senatorum ſententiæ; quorùm Lucius Cornelius Maluginenſis Marci Cornelii decemviri frater cenſuit peracto demùm bello reddi ab Appio rationem oportere, & utrum in annum Decemviros creaſſet comitiis ſuis, an donec leges, quæ deerant perferrentur, cæterum Valerius, atque Oratius Senatores vociferantes dicebant; Antequam de bello referretur, liberari Rempublicam oportere. Tunc Appius ad Senatum. P.C. omnes ſupremi, atq; infimi ordine rogati ſententiam dixiſtis, plurimi Cornelio palàm aſſenſiſtis; itaq; ejus ſententiam viciſſe pronuncio; eam mox ſcriptam audietis. Scribam inde lege: eſcriptam authoritate jubet. Fuit autem Cornelii, & plurimorum ſententia, ut peracto bello magiſtratuum comitia indicentur. Dimiſſo Senatu, ac legionibus ſcriptis inter ſe comparant, quos ire ad bellum, quos præeſſe exercitibus oporteret. Principes erant inter Decemviros Quintus Fabius, Vibolanus, & Appius Claudius. Bellum domi majus, quam foris apparebat, Appii violentiam rati ad comprimendos Urbanos motus, itaque cæteris ad bellum exeuntibus, Appius cum Spurio Oppio adjutore æquo omnium Decemvirorum imperio ad Urbem, ac Tyrannidem tuendam relinquitur, tum Appius, & Spurius moliri inſidias monereque collegas arcanis nunciis non deſiſtunt, ut quæſitis cauſis, adverſæ factionis, Illuſtres clàm, palàm obſcuros de medio tollerent, ac diligentiſſimè adverti, nequid moliri factio Valerii, atque Oratii, quæ domi creverat, poſſet; hæc itaquè, & alia impia facinora moliebantur in caſtris. Exoritur in militibus acerrima armorum, & cædis confuſio, & primùm cædes Siccii clari militis juſſu Decemvirorum necati tumultuatur in Caſtris, ac nihilo ſceleſta minus in Urbe, quam in Caſtris facinora edebantur. Poſt cædem Siccii, cœpit Appium Claudium plebejæ virginis ſtuprandæ libido. Pater ejus Lucius Virginius honeſtum ordinem in Algido, ubi tùm erat bellum ducebat, vir exempli recti domi, militiæ-

que

que; deſponderat filiam Lucio Icilio Viro acri, & pro cauſâ Plebis ſpectatæ virtutis. hanc puellam Virginiam nomine, adultam, formâ excellentem conſpicatus in ludo literario Appius Claudius amore ardens, cum uxorem ducere alii deſponſam, ſibi marito plebejam patricio neque liceret, neque liberet; precio, ac ſpe per internuntias ad nutricem fœmellas cælato nomine, jactandis modo opibus pollicere adortus eſt, poſtquam omnia pudore ſepta, & majorem adhibitam puellæ cuſtodiam animadvertit, ad crudelem, ſuperbamque vim animum convertit. Itaque M. Clodio clienti modum edocto negotium dedit, ut Virginem in ſervitutem aſſereret, neque cæderet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias, quod Pater puellæ abeſſet, fore locum injuriæ ratus. Virgini venienti in forum, ibi namque in tabernis ludi literarum erant, miniſter Decemviri *libidinis* ingenti ſimilium ſui comitatus globo manum injecit; ſervam ſuam natam, ſervamque appellans ſequi ſe jubebat, eamque ludum ingreſſam vi abripuit, pavidâ puellâ ſtupente ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concurſus. Virginii Patris, Sponſique Icilii populare nomen celebratur; turbam indignitas rei Virgini conciliat; Jam à vi tuta erat; tum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitatâ ait, ſe jure graſſari non vi. Vocat puellam in jus, ut ſequeretur ad Tribunal Appii. Jus tum ſine Collegâ dicentis, cumque jam abduceretur ab aſſertore Clodio Virginia; concurſu alienæ turbæ exoritur clamor, ac fremitus poſtulantium expectari propinquos Virginis, idque decrevit Appius. Avunculus puellæ Numitorius clarus inter plebejos, frenquenti amicorum neceſſariorumque ſtipatus manu, nec multo poſt Sponſus Icilius magnâ plebejæ juventutis catervâ cinctus, hic ubi ad Tribunal pœnè exanimatus venerit elatâ voce juſſit. Quis virginem ingenuam attrectare eſt auſus? Igitur ſilentio facto ante propinquorum adventum nota Judicis fabula; petitor Clodius aſſerit puellam domi ſuæ ſervam natam, furtoque indè in domum Virginii translatam. ſuppoſitam ei per Uxorem eſſe, idque ſe novo indicio compertum aſſerre, probaturumque, vel ipſo Virginio judice, ad quem major pars injuriæ ejus pertineat, interim Dominum ſequi Ancillam æquum eſſe; Vades daturum, ſe ſiſtendæ quandocumque Virginis, ſeù repreſentandi judicium placeat apud Judicem cauſam tum dicturum. Numitorius poſtulavit Virginium patrem puellæ Reipublicæ causâ abeſſe; ſi nunciatum ei fuerit biduò affuturum; Iniquum enim eſſe abſentem de liberis dimicare. Judex rem integram in adventum patris differat: lege ab ipſo Appio lata vindicias det ſecundum libertatem, neù patiatur Virginem adultam famæ prius quam libertatis periculum adire. Appius decreto præfatus, quàm libertati faverit, eam ipſam legem declarare, quam Virginii amici poſtulationi ſuæ prætendant, cæterùm ita in eâ firmum libertati fore præſidium ſi neque cauſis, neque perſonis variet, in his enim, qui aſſeruntur in libertatem id juris eſſe; in ea quæ in patris manu ſit neminem eſſe alium, cui Dominus poſſeſſione cedat. Placet itaque Patrem acceſſiri, intereà juris ſui jacturam aſſertorem non facere quin ducat puellam; ſiſtendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat, ejus ſe, & ut ex æquo diſceptetur

curam

curam habiturum. Adverſus injuriam decreti cum magis fremerent, quam quiſquam unus recuſare auderet, Publ. Numitorius, & Sponſus Icilius interveniunt, datâquè inter turbam viâ Icilius elatâ voce inquit, ferro hinc tibi ſummovendus ſum Appi, ut tacitum feras, quod celari vis. Virginem ego hanc ſum ducturus, nuptamquè pudicam habiturus, non manebit extrà domum patris Sponſa Icilii, neque Tu iſtud decretum ſinè cæde noſtrâ referes. Virginius viderit de filiâ, ubi venerit, quid agat; hoc tantum ſciat, ſibi, ſi hujus vindiciis ceſſerit conditionem filiæ quærendam eſſe, me vindicantem ſponſam in libertatem, vita citiùs deſeret, quam fides, concitata multitudo erat. Calumniator Clodius ad pedes Appii trepidus refugerat. Clodio deinde ad Tribunal vocato, & cum eo pauca ſummiſſim collocutus Appius, indicto ſilentio ad turbam, ita eſt allocutus. Non Virginiam defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc ſpirantem locum ſeditionis quærere, ſed ut jam ſciret non id petulantiæ ſuæ ſed Virginio abſenti, & patrio nomini, & libertati datum. Jus eo die ſe non dicturum, à Clodio deindè petiit, ut decederet de jure ſuo, vindicariquè puellam in poſterum diem differret, quod ſi pater poſtero die abfuiſſet, pronunciaturum ſe de puellâ dixit, longiorem dilationem poſtulantibus puellæ defenſoribus nihil, reſpondit. Cum dilatum tempus injuriæ eſſet, ſeceſſiſſentquè advocati puellæ; placuit omnium primum fratrem Icilii filiumquè Numitorii impigros juvenes pergere indè rectè ad portam; & quantum accelerari poſſet Virginium acciri è Caſtris, in eo verti puellæ ſalutem, ſi poſtero die vindex injuriæ ad tempus præſto eſſet, cum inſtaret aſſertor puellæ, ut vindicaret, ſponſoreſquè daret, atque id ipſum agi diceret Icilius, ſedulò tempus terens, dum præciperent internuncii miſſi in caſtra, manus tollere undique multitudo; & ſe quiſque paratum ad ſpondendum Icilio oſtendere, atquè ille lacrimabundus; gratum eſt, inquit, craſtinâ die veſtrâ operâ utar. ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis. Appius primùm plebis rabiem veritus conſilii inops obſtupuerat, & triſtis, atque inflammatus cupidine, domum ſe recepit, ibi anceps rem animo volutat, quo pacto productam poſtridiè Virginem, ſi vadetur; vi atque armis abducat; majori adhibitâ; cuſtodiâ occupatiſque circa Tribunal armatorum clientum locis, ſi forte vi, atque manu reſiſtatur, quod ut honeſtius abſente virginis patre efficiat, ne is clam re cognitâ ſe ſe è vallo præcipiat; collegis in caſtra ſcribit, ne Virginio commeatum dent, atque etiam in cuſtodiâ habeant, & nequid ad intercipiendum hominem deeſſet ex Urbe emiſſi alii ferentem ab exercitu viam inſident, improbum conſilium, ſerum, ac vanum, ut debuit fuit, & jam commeatu ſumpto, profectus Virginius deviis itineribus paulo poſt eâdem nocte (alii poſtero die manè) Romam ſe recepit, de retinendo eo, nequicquam literæ redduntur. At in Urbe primâ luce, cum Civitas in foro expectatione erecta ſtaret. Virginius ſordidatus filiam ſecum abſolutâ veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum adducit, circumire ibi, & prehenſare homines cœpit, & non orare ſolùm præcariam opem, ſed prò debitâ petere; ſe pro liberis eorùm, ac conjugibus quotidiè in acie ſtare, nec

alium

alium Virum eſſe, cujus ſtrenuè, ac fortitèr facta in bello plura memorari poſſent: quid prodeſſe, ſi incolumi Urbi hæc patiantur, quæ captâ ultima timeantur, liberis ſuis ſint patienda? ſimilia his ab Icilio jactabantur, comitatus muliebris tacito fletu movebat omnes. Adverſuſquæ omnia oſtinato animo Appius indignatus, evaſiſſe inſidias Virginium; tanta vis amentiæ, magiſquam amoris mentem turbaverat, & quaſi ab alienato per amorem ſenſu, neque defenſorum puellæ orationem ſatis animadvertit, neque lacrimis Virginiæ fractus, aut miſeratione aſtantium excepit, prorſus, quaſi in duriorem amoris ſervitutem tractus, ea impudentiſſimè prælocutus, per quæ victam à ſe calumniam adverſus virginem detegeret. Impetrato enim ſilentio cum forenſis omnis turba ſtudio decreti audiendi ad Tribunal undiquè concurriſſet, ore huc illuc ſæpe obverſo, ac familiarium, quibus forum repleverat, catervas luſtrans oculis, ita dixit.

Ego Virgini, cuiquè cum eâ adeſtis, haùd nunc primùm hoc factum audio, ut quod jam diù antè initum etiam Decemviratum ita cognoverim.

Pater Clodii moriens hunc mihi puerum in tutelam dedit, per tutelæ tempus manavit ad me de puellâ iſtâ rumor, ut eam à ſervâ Clodii acceptam, Numitorio viro ſuppoſuerit, idque diligentiùs exquirens, ita ſe habere, comperi; cæterum præſtare duxi Clodio, ubi in ſuam tutelam perveniſſet integrum relinquere, utrùm abducere Ancillam an apud Altores, ſeù pretio; ſeu gratis eſſe mallet. Ego me interim ad Rempublicam converti. Clodius factus pubes rem, rationemquè familiarem recognoſcens in Judicium de Ancillâ venit. Æquum igitur poſtulat, cum ſervam ſuam in ſervitutem aſſerit, mallem equidem rem eſſe tranſactam, ſed quando in controverſiam, & judicium venit.

Ego, & teſtor, & judico Virginiam ad Clodium pertinere.

Primo ſtupor omnes admiratione rei tàm atrocis defixit, ſilentium inde aliquandiù tenuit, deindè cum M. Clodius circumſtantibus matronis iret ad comprehendendam Virginem, lamentabilis eum mulierum comploratio excepit. Virginius intentans in Appium manus. Icilio, inquit, Appi non tibi filiam deſpondi, & ad nuptias non ad ſtuprum educavi, cum repelleretur aſſertor Virginis à globo mulierum, circumſtantiumque advocatorum. Decemvir lictori mandat in hæc verba. I littor, ſummove turbam, & da viam domino ad comprehendendam ancillam ſuam. Vos, quibus nihil hic eſt negotii, ſecedite, cum hæc intonuiſſet plenus ità, multitudo ipſa ſe ſuâ ſponte dimovit, deſertâquè predâ, injuriæ puella ſtabat, tum Virginius, ubi nihil uſquam auxilii vidit. Quæſo, inquit, Appi, primùm gnoſce patrio dolori, ſi quid inclementiùs in te ſum invectus, deindè ſinas hic coràm Virgine, nutricem percontari, quid hoc rei ſit, ut ſi falſo pater dictus ſum, æquiore hinc animo diſcedam. datâ veniâ ſeducit filiam, ac nutricem prope Cloacinam ad tabernas, atque ibi ablanio cultro arrepto; hoc te uno, ait, quo poſſum modo filia in libertatem vindico: pectus deindè puellæ transfigit; reſpectanſquè ad Tribunal, te, inquit, Appi, tuum caput ſanguine hoc conſecro. Clamore ad tàm atrox facinus orto, excitus Appius indecoro motu, verbiſquè comprehendi

314

di Virginium jubet. Ille ferro quàcumque ibat, viam facere, donec, multitudine proſequentium tuente ad portam perrexit, Icilius, & Numitorius exanguine corpus oſtentant populo. Scelus Appii, puellæ infelicem formam, neceſſitatem patris deplorant, ſequentes clamitant matronæ, eam ne liberorum procreandorum conditionem? ea pudicitiæ premia eſſe? cogitatur multitudo partim atrocitate ſceleris partim ſpe per occaſionem repetendæ libertatis. Appius ubi hæc audivit incenſus irâ, littores aliquot mittit, per quos nunc vocari, nunc retractantem arripi, & cadaver è foro tolli jubet; ſed cum locus adeundi littoribus non daretur, ipſe cum agmine patriciorum juvenum, per turbam vadens, in vincula duci jubet, & quam placare iram turbæ debuit, ſævius agendo incendit. Jam circà Icilium, non ſolùm multitudo, ſed duces multitudinis erant. Luc. Valerius, & Marcus Oratius, aliique quamplures patricii adverſæ factionis. Obſtrepitur magis rumor, decemviro illos accuſante. Appius tamen animo deſtitutus, vitæ metuens, in domum propinquam foro, inſciis adverſariis, ſe capite obluto recepit. Virginius, ubi madente adhuc filiâ cruore ad commilitones confugerat, concitatis indè eâ re militibus per atrociſſimas conciones in utriſquè Caſtris à Virginio Numitorio, & Icilio habitas, occupatoque Aventino, mox Sacro Monte, ac viginti Tribunis, conſulari poteſtate creatis; miſſiſque à Senatu ad milites legatis, ad cæterum de ſupplicio Decemvirorum agebatur, ſed perſuaſa Plebs, quæ omnis in Caſtra tanto indignata facinore ſeceſſerat. Monitis legatorum ceſſit: Relatis ad patres plebis mandatis, Decemviri nihil quicquam abnuere, cum præter ſpem ipſorum ſupplicii ſui, nulla mentio fieret. Appius quoque ait nihil ne ego quidem moror, quominùs Decemviratu abeam. Factum eſt autem Senatuſconſultum, ut Decemviri ſe primo quoque tempore magiſtratu abdicarent. Quintus Furius Pontifex Maximus Tribunos plebis crearet, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio Tribunorum militum, atque plebis. His Senatuſconſulto perfectis: dimiſſo Senatu, Decemviri prodeunt in concionem, abdicantque ſe Magiſtratu ingenti omnium lætitiâ. Poſteà revocatâ in Urbem plebe, creatis in decem Tribunis, Virginio, Icilio, ac Numitorio, fundata novis legibus Tribunitiâ poteſtate, & Plebis libertate; quod fuit ſexageſimo anno poſt ejectos Reges. Tum Tribuni accuſatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. Cum diem Appio Virginius dixiſſet, & Appius Stipatus patriciis juvenibus in forum deſcendiſſet, redintegrata extemplo eſt omnibus memoria fædiſſimæ poteſtatis, cum ipſum ſatelliteſque ejus vidiſſent. Tribunus auditis utrinſquè orationibus ad Appium hæc verba fecit. Ego te Appi Claudi pro iſtius Magiſtratus Majeſtate, quem geſſiſti, non manu violatum, ſed ne verbo quidem inclementiori à me appellatum vellem, ſed cum nec lex, nec pudor te coërcuit, virtutem in ſuperbiâ, audaciam in contemptu Deorum, hominumque potuiſti, Horum omnium quæ impiè, nefarièque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam facio. Unius tamen criminis causâ in vincula jubeo, quod vindicias ſecundum ſervitutem contra leges, & libertatem dediſti. Infelix Appius nec in Tribunicio auxilio, nec in judicio populi

ullam ſpem habebat, & nullo morante arreptus eſt à viatore. Provoco, inquit, fidemque Populi Romani implorans, merita in Rempublicam domi, militiæque commemorabat, ſuas leges, quibus manentibus lator earum in vincula ducatur; contra, Virginius, unum Appium Claudium legum expertem reſpicerent homines; Tribunal, & Caſtellum omnium ſcælerum, Deorum, hominumque contemptorem, qui carnificibus non littoribus ſtipatus, jam ab rapinis, & cædibus animo ad libidinem verſo Virginem ingenuam in oculis Populi romani, velut bello captam a complexu patris abreptam miniſtro cubiculi ſui clienti dono vindiciis dederat; ubi crudeli decreto, nefandiſque vindiciis, dexteram patris in filiam armavit. Ubi tollentes corpus ſemianimæ Virginis ſponſum, & avunculum in carcerem duci juſſerat. Proindè, ut ille iterùm, ac ſæpiùs provocet, ſic ille iterùm, ac ſæpiùs judicet, qui vindicias ſecundum ſervitutem ab libertate dederat. Appius magno omnium animorum motu, cum tanti viri ſupplicio nimia plebi libertas videretur, in carcerem, nullis acceptis vadibus, eſt conjectus. Tribunus ei diem prædixit. Gajus Claudius Appii Patruus peroſus Decemvirorum ſcelera, & ante omnes fratris filii ſuperbiæ, infeſtus orabat, ne Claudiæ Genti injuſtam maculam vellent, ut carcere, & vinculis videantur digni virum honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros, legum latorem, conditoremque romani juris jacere vinctum inter fures nocturnos, ac latrones, averterent ab irâ parumpèr, cogitarentque ſecum ejus virtute libertatem recuperatam eſſe: clementiâ concordiam omnium ſtabiliri poſſe; erant quos moveret ſua magis pietas, quam ejus pro quo orabat cauſa. Sed Virginius ſui potiùs, filiæque, ut miſererentur, orabat, nec Gentis Claudiæ regnum in plebem ſortitæ, ſed neceſſariorum Virginii, & trium Tribunorum preces audirent, qui ad auxilium plebis creati ipſi plebis fidem, atque auxilium implorarent. Juſtiores Populo hæ lacrimæ videbantur, itaque ſpe inciſâ priùs quam prædicta dies adeſſet, Appius ſibi manu, laqueovè mortem conſcivit: arrepto indè è carcere, & eodem fato functo collegâ Appii, Oppio; bona utriuſque à Tribuno publicata ſunt. Cæteri Decemviri confiſcatis bonis exilii cauſâ ſolùm verterunt. Marcus Clodius calumniator Virginiæ die dictâ damnatus, ipſo remittente Virginio, ultimam pœnam dimiſſus, Tibur exulatum abiit. Appius Appii filius allato in forum patris cadavere aditis Conſulibus, ac Tribunis, poſtulavit, ut ſibi de more laudare defunctum patrem pro concione liceret. Vocato à Conſulibus ad concionem Populo, cum Tribuni collaudationem impedire conarentur, denunciarentque adoleſcenti, ut mortuum de medio tolleret, atque auferret. Plebs fraudari ſollemni honore ſupremum diem tanti Viri noluit, & laudationem tam æquis auribus mortui audivit, quàm vivi accuſationem audiverat, & exequias frequens celebravit. Maneſque Virginiæ mortuæ, quam vivæ feliciores per tot Domos ad petendas pœnas vagati nullo relicto ſonte, tandem quieuerunt.

Eâ tempeſtate Arthemiſia Mauſoli Cariæ Regis Uxor, quæ inſingnis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & virum ultrà humanæ affectionis fidem amaſ- [illegible] & mortui cineres vino commiſto ebibit, & memoriâ ejus

276

tàm ſplendidum erexit ſepulchrum tantâque operis magnificentiâ, ut inter ſeptem miracula mundi fuerit connumeratum, & magnifica omnia monumenta, mauſulea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Gell. cap. 18. lib. 10.

Poſt Decemviros Reſpublica iterum ad Conſules rediit. Creati Conſules ſunt Lucius Valerius Potitus, & M. Horatius Barbatus.

Deinde Hortentius Conſul rogatione factâ Populo legem tulit, qua lege hortenſiâ conſtitutum eſt, ut non minùs, aut plùs valeant plebiſcita, quàm lex Populi, & ita Populum, & Plebem concordavit.

Eô tempore Socrates philoſophus Athenienſis fuit, Apollinis oraculo omnium ſapientiſſimus judicatus, qui philoſophiam naturalem primus in moralem tranſtulit. hic æquabilitatem in omni vitâ ſervavit, adeo ut idem ſemper vultus, eademque frons, ſive proſperis, ſive adverſis rebus extiterit uſque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum ſapientiâ, eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore Uxores Xanthippen, & Myrtonem Ariſtidis Juſti filiam, quæ cum crebrò inter ſe jurgarent, & ille eas dirideret, quod proptèr ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalvâ fronte, piloſis humeris, repandis cruribus diſceptarent; noviſſimè verterunt in eum impetum, & male mulctatum, fugientemquè diù perſecutæ ſunt, interrogatus autem ab Alcibiade cur mulierem, tàm acerbam domo non exigeret? Quoniam, inquit, cum illam domi talem perpetior inſueſco, & exerceor, quo foris petulantium injuriam, faciliùs feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam eſſe Xanthippes maledicentiam, Tu, inquit, nonne toleras anſeres clamore perſtrepentes? eoquè reſpondente, nec mirum cum mihi ova, & pullos pariant; & mihi ait Socrates Xanthippe filios gignit. Pater Socrates fuit Sophroniſmus ſtatuarius, mater Phanatera obſtetrix, hic in paupertate beatiſſimus, amicis olim audientibus dixit, Emiſſem pallium, ſi nummos haberem. neminem popoſcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ, & Damonis, poſteà ad Archelaum phyſicum ſe contulit. Poſtea animadvertens, naturalis ſpeculationis fructum nullum eſſe, invenit primus Ethicem, id eſt moralem philoſophiam, ad quam tranſiens, fertur dixiſſe. Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Author eſt Xenophon. Socratem nunquam de naturâ rerum, neque de ſublimioribus rebus diſputaſſe, cum ea ſint ſupra caput hominum. Quod præter cæteros ſuo tempore mortales, & vità caſtiſſimus, & moribus patientiſſimus fuerit, exempla utriuſquè rei conſtant. Nam & patientiam Gellius pulchro ſcommate refert. Cum Uxorem Xanthippen contumaciùs, & clamoſiùs è loco ſublimiore in eum agentem diù toleraſſet, & poſtremò aquâ ab eâ eſſet profuſus, cœpit ridens dicere, ſciebam Xanthippen, ubi detonuiſſet, quandoquè pluituram. caſtitatis illud ab Æliano memoratur, quod Zopyrus Phyſiognomus Socratem ex Phyſiognomiâ judicarit omnium libidinoſiſſimum eſſe, civibus autem tanquam falſa loquutum eum ridentibus, Socrates minimè mentitum dixit, ſed naturæ vim ſe animi virtute oppreſſiſſe. Cicero tamen de fato, non laſcivum, ſed bardum, ac mente

Ru-

ſtupidum, & obtuſum à Zopyro dicit fuiſſe judicatum. Nil unquam ſcripſiſſe conſtat, ſed ejus diſſertationes à Platone commemorantur. Dæmonem ſe habere dicebat, qui ſibi futura prædiceret. Ex Socratis variis in omnem partem diffuſis diſputationibus plures fluxere diſcipuli, & cum alius aliud apprehenderet, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, cum tabulæ omnes philoſophos Socraticos, & dici vellent, & eſſe arbitrarentur. Primum ab ipſo Socrate Plato; à Platone Ariſtoteles, & Xenocrates. Deindè ab Antiſthene, qui patientiam, & duritiam in ſocratico ſermone maximè adamarat, Cynica, & ab Ariſtippo, quem maximè voluptariæ diſputationes delectarunt, Cyrenaica philoſophia, manaverunt. Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, ut Erethricorum, Megaricorum, Pyrrhoniorum, qui ſe ſocraticos eſſe dicerent; unde meritò philoſophorum fons Socrates appellatus eſt, accuſatus poſtremò ab Anyto quodam divite, & Melito poëta, & Lycone oratore, vel quod de Diis male ſentiret, vel (ut aliis placet) ob flagitioſam in pueros libidinem, in carcerem conjectus ac è vinculis cauſam dicere juſſus, neglexit, & Lyſiæ orationem elegantiſſimam reſpuit, ut ſcribit Cic. lib. 1. de orat. Imitatus eſt, inquit, homo romanus, & Conſularis veterem illum Socratem, qui cum omnium ſapientiſſimus eſſet ſapientiſſimèque vixiſſet, ità in judicio capitis prò ſe ipſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed ut magiſter aut dominus videretur eſſe Judicum, quinetiam, cum ei ſcriptam orationem diſertiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quam ſi ei videretur ediſceret, ut eà pro ſe in judicio uteretur, non invitus legit, & commodè ſcriptam eſſe dixit; ſed, inquit, ut ſi mihi calvos Sicyonos attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles, ſic illam orationem diſertam ſibi, & oratoriam videri, fortem, & virilem non videri. Interrogatus deinde ex more à Judicibus, quânam pœnâ ſe dignum judicaret; Ut, inquit, in Prytaneo aler ex publico, quâ ejus voce irritati Judices, eum capitis damnaverunt, & ad bibendam cicutam compulerunt; quâ ille intrepidè, & non alio vultu, quam quo vinum ſolebat, exhauſtâ deceſſit, ſed ſtatim Populus mortem ejus ita doluit, ut accuſatores ejus, partim morte, partim exilio puniret, & ipſi Socarati Statuam æneam dedicaret.

Anno quarto centeſimo tertio ante Chriſtum natum M. Geganio Macerino, & Claudio Julio Tullo Conſulibus Furius Camillus Romanus Faliſcos, & Vejentes in Hetruriâ debellavit, de quibus triumphavit, ſed poſt triumphum exul Ardeam conceſſit.

Hoc etiam tempore Alcibiades clariſſimus Dux Athenienſium fuit, qui genere, & formâ præcipuus, omnibus rebus aptus fuit. Dives præterеà, affabilis, patiens, deniquè ſummis naturæ ingeniique dotibus egregiè exornatus; cæterùm tanto rursùs vitiorum agmine deformatus, ut ſi vitia virtutibus penſes, meritò addubites laude ne, an vituperio dignior videatur? hic cum eſſet proclivis ad luxum, & ad cæteras voluptates, ad bonam diſciplinam traductus eſt à Socrate. Nam diſcendi ſtudio, & ſapientiæ amore pellectus, exemplo cunctis amatoribus adulatoribuſquè repulſis ad Sacraticam diſciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere Philoſo-

378

loſophi ſapientiſſimi. Vide alia apud Plutrarch.

Fuit & his temporibus Plato Philoſophus ab humerorum latitudine ita cognominatus cum anteà ex avi paterni nomine Ariſtocles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in paleſtrâ ſe exercuit apud Ariſtonem paleſtritam, à quo primùm cognominatus eſt Plato; natus eſt Athenis eo die, quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ, & tragedias, poëmataque edidit. Adeò autem in omni diſciplinarum genere, & præſertim in philoſophia excelluit, ut divinus Plato, & Philoſophorum Homerus vocatus ſit. Cicero in lib. Tuſculan. queſtionum. Platonicæ Majeſtatis maximus eſt buccinator, adeout ipſum Deum appellat. Labeo etiàm intèr ſemideos commemorandum putavit; & defuncto, Magi ut Deo immolaverunt; Fuit varius multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut Jovem, (ſi græcè loqui voluiſſet) platonicè loquuturum Philoſophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam, deindè dum licuit per ætatem in Italiam profectus eſt, ut Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoniatæ libros de ſectâ Pythagoreâ centum minis, atq; adeò in difficultate rei familiaris mercatus eſt, ex quibus multa in ſuum Timæum tranſtulit. In Ægyptum deindè properans, ut audiret Gymnoſophiſtas, oleum, (ut ait Plutarchus) ſecum mercaturæ gratiæ vexit, ut viaticum ſibi indè ſuppeditaret, ubi & libros moſeos legiſſe creditur. Ter in Siciliam navigavit. Primum Ætnæ flagrantis viſandæ gratiâ, ut Apul. ait. Reverſus apud *Æginam*, captus eſt à piratis, ac minis triginta venundatus. Deindè à Nicete Cyrenæo redemptus eſt. Iterum rediit ſub juniore Dionyſio ſpe liberandi Siciliam. Sed paulò poſt expulſo Dione, & ipſe ſuſpectus remigravit. Tertiò cum maximè nollet, rogatus ab Archytâ, ut Dionem Tyranno reconciliaret, iter ingreſſus ab eodem Dionyſio obviam procedente quadrigis exceptus eſt. Demùm in ſuſpicionem veniens, vix rogante, & ſpondente pro eo Archytâ, dimiſſus. Dialogum primus illuſtravit, licèt priùs inventum à Zenone Eleate, ut Ariſtoteles tradit; & Favorinus ab Alexamene Tejo. deceſſit annos natus 81. morbo uti fertur, pediculari. is moriens triplici nomine Deo gratias egit, ut teſtatur Plutarchus in *Mario*. De hoc Quintilianus, Platonem inquit quis dubitat eſſe Philoſophorum præcipuum? ex quo multum eloquentiæ ſe traxiſſe Cicero fertur, ſivè acumine diſſerendi, ſivè eloquendi facultate, divinâ quâdam, & homericâ, multum enim ſuprà proſam orationem, & quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit, ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtructus. Vita fuit cælebs, ac caſtus, ut ſcribit Auguſtinus, vide plura de eo apud Plutarchum in vitâ ejus.

Hac quoque tempeſtate foit Epicurus ejus Sectæ author fuit, quæ ab eo epicurea dicta eſt. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Ariſtippus, ſed in voluptate animi, hoc eſt in abſentiâ dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quod Philoſophiam ſimplicibus verbis affirmaret poſſe comprehendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tantùm tribuit, ut non dubitet affirmare, Epicurum reliquorum omnium Philoſophorum lumen obſcuraſſe, quemadmodùm ſol ſuo ſplendore aliorum cæleſtium corporum

cla-

Digitized by Google

claritatem obtenebrat. Traditur fuiſſe continentiſſimæ vitæ. Nomen tamen illud voluptatis, in quâ ſummum bonum ponebat, efficit, ut ab eo homines voluptarii epicurei dicantur.

Fuit neçnon metipſis annis Diogenes Philoſophus Cynicus celeberrimus Antiſthenis diſcipulus, de quo ſcribitur, quod cum Antiſthenes nullum diſcipulum reciperet, & perſeverantem Diogenem removere non poſſet, noviſſimè clavâ minatus eſt, niſi abiret, cui ille ſubjeciſſe dicitur Caput, atquè dixiſſe, nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſet obſequio ſeparare. Utebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, ſecumque portabat clavam, ob corpuſculi fragilitatem, quâ jam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat ημεροβιος, ut ſcribit Hieronym.) hoc eſt in diem vivens vulgò appellatus eſt, quod omni abjecta â ſollicitudine cibum ſuum in ſingulos dies emendicaret. habitavit autem in portarum veſtibulis, & porticibus Civitatum. Cumque ſe contorqueret dolio, volubilem ſe habere domum jocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolii vertebat in meridiem, Æſtate ad ſeptentrionem; & ut cumque ſol ſe inclinaverat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à ſole obſtaret. Sub diù accubuit, ut Svet. in Cæſ. cap. 71. author eſt. Obiit fermè nonagenarius. Hic (ut author eſt Cic. lib. 1. Tuſc. juſſit cadaver ſuum inhumatum obiici, querentibuſquè amicis, volucribus ne, & feris corpus ſuum dilaniandum vellet relinqui? Minimè, inquit, ſed bacillum apud me, quò illas abigam, ponitote. Irridens nimirum amicorum præpoſteram curam, qui tantopere de humatione cadaveris omnis ſenſus expertis erant ſolliciti, quaſi magnum quiddam intereſſet, à feris ne, an à vermibus abſumeretur?

Fuit prætereà tùnc etiàm Xenophon Philoſophus, & Dux inſignis Athenienſis, qui Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus moratus, & omnibus gratus tantâ verò eloquentiâ, ut muſa attica à nonnullis fuerit appellatus. Inſinuatus in Cyri minoris amicitiam cum eo militavit, eoque in acie cæſo exercitus reliquias ex multis Babiloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera incolumes in patriam reduxit. Scripſit Cyri majoris Pediam, non tàm hiſtoricæ ſerviens veritati, ut inquit Cic. lib. 2. de orat. quàm ut abſolutum inſtrueret Ducem. Prætereà Cyri minoris expeditionem adversùs Artaxerſem fratrem de rebus Græcorum libros ſex, Symboſium œconomicum à Cicerone teſte Columellâ latinitate donatum. Ad hæc de re equeſtri devocatione Socratis apologiam, aliaq; nonnulla quæ etiam hodiè omnium manibus teruntur.

Anno tricenteſimo nonageſimo tertio ante Chriſtum natum M. Genutio Augurino, & P Curiatio Philone Conſulibus Galli Senones ſub Duce Brenno, occupatâ Italiâ Romam diripuerunt, & Capitolium arctiſſimâ obſidione prementes. Furius Camillus, dùm exularet Ardeæ abſens Dictator factus, collectis ex fugâ Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppreſſos adeò cecidit, ut incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret, reliqui à Camillo fugati ab Italiâ apud

There-

Digitized by Google

Thermopilas à Callippo Athenienſium Duce clade magnâ affecti ſunt. Poſtremò Brennus Apollinis delphici templum prædæ cauſâ ingreſſus, Numinis irâ ſeipſum interemit.

Scribit Verrius referente Feſto, ideò Senones appellari, quià novi venerunt ex Tranſalpinâ Galliâ, quaſi cænones literâ immutatâ. *Καινὸς* enim græcè, latinè novus dicitur.

Deindè cum ſedatus eſſet Gallicus tumultus, exhauſtâ Repub. Finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperii aucupati, præfecerunt ſibi Poſthumium Livium Fidenatium Dictatorem; qui feciale ad Senatum miſſo, poſtulavit, ut ſi vellent reliquias ſuæ Urbis non deleri matres familias, & Virgines omnes ſibi dederentur; cumque Patres eſſent ancipiti deliberatione, ancilla nomine Phylotis aſſumptis cæteris omnibus ancillis matrum familias, Virginumque habitu ſumpro nomine dominarum ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem, quæ cum à Livio in Caſtris diſtributæ eſſent, hoſtes plurimo vino provocaverunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes; quibus ſomno obrutis, ex Caprifico dato ſigno, hoſtes trucidati ſunt. Memor itaque Populus Romanus acceptis ab Ancillis beneficiis, omnes juſſit manumitti, dotemque eis ex publico aſſignavit, annuumque ſacrificium eâ die Junonj ſub Caprifico inſtituit.

Anno tricenteſimo octuageſimo quinto turbatâ Republicâ indeſignatione Conſulum creati ſunt Tribuni militares conſulari poteſtate Pub Servilius. Q. Cincinnatus. Pub. Cornelius Caſſus Publii Filius, & Manlius Capitolinus, qui eo anno ſinè Conſule Rempublicam rexerunt.

Eo tempore Epaminonna Thebanorum clariſſimus Dux prò patriâ viriliter in pugnâ occubuit, hic fuit nobilis Thebanus Polymeni filius ſingulari modeſtiâ, prudentiâ, & gravitate præditus, rei militaris peritus, manu ſtrenuus, animo maximus. Adeò autèm amans veritatis, ut ne joco quidem mentiretur. Ad hæc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam, & fidibus novit, & ad earum ſonum accinere. Quâ in re præceptorem habuit Dionyſium. Tibiarum autèm artem ab Olimpiodoro hauſit, quæmadmodùm ſaltationem à Calliphrone, in Philoſophiâ verò Lyſiæ Pythagoræo operam dedit. Hic cum apud Leuctram Lacedemonios plagâ peſtiferâ adeò affeciſſet, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum ultrà reparare nequiverint, dicere ſolebat, orbum ſe, non tamèn ſine liberis mori, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic poſt clariſſima facinora edita, extremo tempore apud Mantineam cum acie inſtructâ, & Ducis optimi, & militis fortiſſimi officio fungitur, ſparo, agreſti telo percuſſus ictu mortifero, relatuſquè in Caſtris ſemianimis, requiſivit à circumſtantibus, ſalvuſne eſſet clypeus. Cum ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſocium laborum gloriæquè oſculatus eſt. Iterum quæſivit, eſſent ne fuſi hoſtes? cum id quoq; ut cupiebat, audiviſſet, evelli tum deniquè ſpiculum juſſit; atq; ità multo ſanguine profuſo in lætitiâ, & in Victoriâ mortuus eſt. Cujus morte Thebanorum vires ità hebetatæ ſunt, ut non tàm illum amiſiſſe, quàm cum illo interiiſſe omnes viderentur. Nam antè Epaminondam Thebani

alieno

Digitized by Google

alieno imperio pervenerunt, & poſt interitum ejuſdem in ſervitutem priſtinam revoluti ſunt, ut manifeſtum ſit, gloriam Thebanam cum illo natam & cum illo extinctam fuiſſe. Vide Xenophontem lib. ultim. rerum græcorum.

Fuerunt eâ tempeſtate Demoſthenes ſummus orator, & Ariſtoteles. Demoſthenes græcorum omnium oratorum princeps, natus patre, qui cultellarius cognominatus eſt, quod domi haberet officinam, & operarios cultellorum, relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentiâ [r]eptis bonis, vix habuit unde præceptoribus mercedem ſolveret, verum [ta]m multo ſtudio, & laborioſo pervigilio in clariſſimum oratorem evaſiſ[ſ]et, libertatis Græciæ defenſor publicè gravibus concionibus Philippum inſectatus eſt utpotè publicæ libertatis inſidiatorem poſt cujus mortem, patriâ pulſus, tandem revocatus eſt. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus græcis præpoſito, cum manifeſtam ſibi necem imminentem videret, relictis Athenis in Calauriam inſulam, ut ſcribit Svidas, ubi aſilum erat Neptuno ſacrum, conceſſit. Quò cum veniſſet, Archias actor tragædiarum, qui ab Antipatro miſſus erat, ut Demoſthenem comprehenderet, primùm ei perſuadere conatur, ut unà ſecum ad Antipatrum ſe conferret, nihil eſt inquit, eo perpeſſurus, cujus fraude intellectâ Demoſthenes. Nihil eſt inquit, Archia quod coneris, neque enim in ſcenâ mihi unquam placuiſti minùs, neque nunc perſuadebis legatus. Cum autem Archias ſe per vim detracturum minaretur, tandem, inquit, macedonia oracula aperuiſti; nam priùs quidem tanquam hiſtrio ſimulabas, verum age, parumpèr expecta dum pauca domeſticis ſcribo, hæc locutus, ſumpto libro, tanquam ſcribere vellet, calamum ori admovit, deinde caput veſte tegens, ſe inclinavit, cumque ab arâ retraheretur, cecidit, ſpiranſque, animam emiſit, hic eloquentiæ ſtudio flagrans jugitèr lucubrabat, adeout duos, vel tres menſes continuos domi incluſus, ſine intermiſſione ſtuderet, ab raſâ parte capitis, ut exeundi facultatem ſibi præriperet. de hoc Hieronymus, Demoſtenes plus olei quàm vini expendiſſe dicitur, & omnes opifices nocturnis ſemper vigiliis præveniſſe.

Ariſtoteles nomen Stagiritæ philoſophi, Peripateticorum principis, hic habuit Patrem Nicomachum medicum, matrem vero Phæſtiaden. Fuit parvus gibboſus, & deformis, balbutiens, ſed dives, ut qui ſocius, præceptor, & ſecretarius Alexandri eſſet, ſeptendecim annos natus, Athenas profectus eſt, ubi viginti annis Platonis ſe auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam avocatus decem annis Alexandrum inſtituit, cui quam fuerit charus, vel illud unum abundè magno eſt argumento, quod Stagiram patriam ejùs, quam diruerat, in gratiam ejùs inſtauraverit. Alexandro deinde in Aſiam profecto, Athenas redit, & in Lycæo tredecim annis philoſophiam profeſſus eſt, poſteà accuſatus, quod de Diis non rectè ſentiret, cædens invidiæ, abiit in Chalcidem, ibiquè reliquum vitæ tranſegit, exceſſit ætatis anno LXIII. ſub idem fere tempus quo, & Demoſthenes extremum vitæ diem clauſit, Quintilian. ait de hoc quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientiâ rerum an ſcriptorum copiâ, an eloquendi ſua-

vitate

382

vitate., an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem ?

Fuit & hoc tempore Sibylla Phrygia, quæ intèr Sibyllas nona nominatur, cujus nomine circumfertur illud de ſupremo Judicio vaticinium.

Tuba de cælo vocem luctuoſam emittet,
Tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra;
Venient ad Tribunal Dei Reges omnes:
Deus ipſe judicabit ſimul pios, & impios;
Tunc demùm impios in ignem et tenebras mittet,
Qui autem pietatem tenent, iterum vivent.

Anno tricenteſimo quadrageſimo Titus Manlius Torquatus, & Pub. Decius Conſules Latinos debellarunt.

Quo tempore Judas Machabeus ſtrenuiſſimus Dux Hebræorum pro patriis legibus pugnabat.

Quatriennio poſt Lucius Papirius Curſor adverſus conjuratos Samnites creatus eſt Dictator, & Pub. Cornelius Coſſus Magiſter equitum.

Anno tricenteſimo decimo octavo ante Chriſtum natum maxima funeſta peſtis in Urbe fuit, Decii Nobiles Romani ſe in holocauſtum pro ſalute patriæ voverunt.

Marcus Curtius in Voraginem Apollinis Delphici oraculo prò ſalute patriæ equeſtrem armatum ſe præcipitem dedit, quo facto ceſſavit peſtis, ceſſavitque vorago. Valerius Maximus de pietate erga Patriam cap. 6.

Biennio poſt ante ullum bellum Punicum. Tarentinis bellum Romanis inferentibus; Mago Penorum Dux pater Aſdrubalis, & Annibalis egre ferens ab exteris Italiam invadi, cum centum viginti navibus auxilio Romanis venit, cujus adventu Tarentini perterriti coacti ſunt depoſito bello terga dare. Livius, & Trogus referunt.

Eo tempore Alexander Philippi Macedo Aſiam armis occupavit,& tertius in Orbe Monarchiam tenuit, cujus clariſſima geſta, & ab hiſtoricis, & in ſacris literis traduntur, hic longe omnium excellentiſſimus fuit, cui ex rebus actis, & auctis Magni inditum eſt nomen, ne vir unicam gloriam adeptus ſine laude unquam nominaretur. Nam ſolus à condito ævo, quantum hominum memoria eſt in exſuperabili imperio orbis auctus, fortunâ ſuâ major fuit, ſucceſſuſquè ampliſſimos, & provocavit, ut ſtrenuus, & æquiparavit, ut meritus, & ſuperavit, ut melior, ſoluſque ſine æmulo clarus, adeo ut nemo audiat virtutem ejus ſperare, vel optare fortunam, hæc Apul.

Poſt aliquot deindè annos tricenteſimo decimo ſecundo ante Chriſtum natum Pyrrhus Epiri Rex Alexandri Magni ſucceſſorum opibus adjutus per ſpeciem ferendi Tarentinis auxilii, Bellum in Romanos gerens, cum eos ità profligaſſet, ut Præneſte uſquè proceſſiſſet. Legatum Cineam nomine miſit Romam, qui pacem ita peteret, atque offeret, ut partem Italiæ, quam armis occupaverat, retineret; Senatus clade perterritus, & graviora metuens, ad pacem ſocietatemquè eam jam propemodùm inclinabat. Sed Appius vir ampliſſimus quidem cæterum, ſenectute, & orbitate oculorum à Reipubl. muneribus vacans, auditis iis quæ à Rege nunciabantur,

ſo rumore obtinente, Senatum pacem eſſe decreturum; tolerare non potuit, ſed in Curiam ſe deferri juſſit; latus igitur in lecticâ per forum; ubi ad januam Curiæ pervenit, filii ſimùl, & gener ſuſcipientes ipſum, ſtipanteſque in Senatum duxerunt. Cum Patres ad conſpectum tanti Senatoris obmutuiſſent; Ille, ubi ſuo loco conſtitit; ità dicere eſt orſus. *Equidem, P. C., meam hanc oculorum fortunam permoleſtè ferebam, nunc autem doleo, atquè angor, quòd non ultrà cæcitatem ipſam, ſurdus etiàm ſim, ne turpes conſultationes veſtras, ac ſententias, quæ hujus Urbis gloriam ſubvertunt, audire compellerer. Ubi enim eſt illa ferocia, quam crebrò verbis uſurpare ſoletis? Affirmantes, ſi Magnus Alexander in Italiam profectus nobis cum adoleſcentibus, aut cum Patribus noſtris, tunc florentibus geſſiſſet bellum, nequaquàm eum tunc, ut invictum gloriam relaturum, ſed aut fugâ, aut morte ſuâ majorem huic Urbi gloriam relaturum, nomenquè relicturum fuiſſe. hanc igitur verborum inſolentiam nunc rebus oſtendite. Chaones, & moloſſos, qui ſemper Macedonum prædæ fuere, & Pyrrhum Regem eorum formidatis, qui unum ex Alexandri Satellitibus ſemper ſecutus eſt, ac coluit, & nunc, non tam Tarentinis auxilium ferens, quàm hoſtes domi fugiens in Italiâ verſatur, auſus profiteri Principatum in Italiâ cum potentiâ, quæ ad exiguam Macedoniæ partem conſervandam ſufficere non valuit. Itaquè non hunc removebitis, ſi amicum feceritis, ſed alios contemptu noſtri invitabitis, quaſi ſuperare nos facile ſit. Si Pyrrhus abeat non modò pœnâ non datâ eorum, quæ contrà nos geſſit, verùm etiam mercede acceptâ fœderis eo authore cum Tarentinis, Samnitibuſque recipiendi.* Itaquè acerbâ in Patres oratione invectus, pacem, ut in ſalubrem, diremit; & ad belli ſtudium animos traduxit. Nequè id modo, ſed etiam admitti in Urbem Pyrrhum inſpiciendi amicè gratiâ id orantem vetuit. Renunciatum eſt igitur Pyrrho à Senatu, eum cum Romanis, niſi ex Italiâ receſſiſſet, pacem habere non poſſe, quo ad in armis eſſet Populum Rom. in eum geſturum bella, vel ſi mille Conſules viciſſet. Itaque Cineas legatus admiratione plenus, reverſus quærenti Pyrrho reſpondit, *Regum ſe Patriam, & conſeſſum vidiſſe, taliſquè Romæ eſſe omnes ſigillatim, qualis unus Pyrrhus apud Epirum, & reliquam Greciam putaretur, & adversùs Lernæam quandam hydram pugnari. tantùm eſſe, & militum, & Populi numerum.*

Salubre Appii conſilium eventus comprobavit, nàm paulò poſt Marcus Curius Dentatus Pyrrhum acie victum ex Italiâ expulit.

Hic ille Curius Vir ampliſſimus animi, viriumquè fortiſſimus, qui Romani Exercitus Dux, cùm rapas in foco torreret; & Samnitum Legati magnum auri pondus, publicè miſſum attuliſſent, invitarentquè, ut eo uti vellet; reſpondit, *Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri*; & qui acie vinci non potuit, eum pecuniâ corrumpi non poſſe.

Tunc temporis Imperatorem Cajum Pontium Herennii filium magnum bellatorem, Ducemquè habuerunt Samnites, quorum Campaneâ, Populus Romanus ob aëris amenitatem, fertilitatemquè Terræ delectatus

384

quæ omnium non modò Italiâ, ſed toto Orbe terrarum pulcherrima FELIX plaga eſt, nil molliùs Cœlo, deniquè bis floribus vernat, nihil uberiùs ſolo; hic ver aſſiduum, atquè alienis menſibus æſtas; bis gravidæ ſegetes, bis pomis utilis arboſ. Virg. georg. 2., Ubi nullo non tempore flores floribus, pomis poma, & fruges frugibus, vernante ſempèr, vel autunnante temperie, ſuccedunt. Bona pars ejus ſecundo ſeritur ſemine, fert biferas arbores, fert vel trifero proventu vites, in quibus mirâ varietate pars uvarum floret, pars defloruit; Sunt turgeſcentes, ſunt acerbæ, aliis matureſcentibus, aliis jam maturis.

Ogn l' uva hà i fiori acerba, e quì d' or l' ave,
E di piropo, e già di nettar grave.

Suggerit ſucciplena nutrix alimenti plurimum, neque modo ſuos fœtus, verùm etiam alienos inexhauſto alit ubere, & tantarum Caput Samnii nobilium Urbium BENEVENTUM quondam intèr maximas Romam, Carthaginem, Capuamque numeratum; prò hâc Urbe, iiſquè regionibus Hoſtis Romana poſt Militum accepta beneficia libertatis, Samnitas iterùm invaſit Gentes, quarum ſi opulentiam quæras, aureis, & argenteis armis diſcolori veſte, uſquè ad ambitum armatam; ſi fortitudinem, ſexiès cum ipſo Populo Romano arma movit, & ſtrenuè pugnavit. Maximè tamèn nota, & illuſtris ex hâc Gente Clades apud Caudinas Furcas, Tito Veturio Calvino, Spurio Poſtumio Conſulibus, accepta eſt. Clauſo, enim per ingenium intrà eum ſaltum Exercitu, undè non poſſet evadere Dux Militum Cajus Pontius Herennii Patris conſilium noluit; erat enim illud, ***aut mitteret omnes, aut occideret***; hic armis exutos, mittere ſub jugum maluit, ut ingratis non ampliùs benefaceret, utquè inimicos ſpretos, & minimè timendos, magis confunderet.

De Tribunis autem Plebis, & Tribunitiâ poteſtate, de quibus ſuprà diximus novâ lege in Monte Sacro fundatis in ſeceſſione ob ſcælus Appii in Virginiam.

Poſt aliquot deindè annos Publilius, & Tutonius Tribuni Plebis tulerunt legem, ut plebei Magiſtratus, tributis comitiis fierent. Deindè Atinius Tribunus Plebis rogationem in comitiis pertulit, quod ſcilicèt liberum eſſet Populo Romano Tribunatum Pleb. mandare cui vellet, nec ademit hanc libertatem Plebi, ſed auxit poteſtatis Tribunitiæ dignitatem, ut quem Tribum pleb. creaſſet, is hoc ipſo in poſterùm Senator eſſet, & purpurâ uteretur, prout alii magiſtratus, ut Cic. de Lucio Quintio Tribun. Pleb., quem ait amictum, & illam uſquè ad talos demiſſam purpuram geſtare, contrà id quod Plutarchus aſſerit, quem neque magiſtratum, neque lictoribus uti, neque ſellâ curuli ſedentem judicare, neque poteſtatem, Creato Dictatore, deponere more omnium Magiſtratuum. Quod quidem fuiſſe creditur ſolùm temporibus Syllæ Dictatoris, qui Plebis inimicus ad imminuendam Tribuniciam poteſtatem legem tulit; Primùm nè Tribunis Plebis alios magiſtratus capere liceret; deindè ne ad eos provocatio eſſet; tùm ne leges ferre poſſent, poſtremo nè eis concionare liceret; hanc Syllà iratus tulit legem, quia pro Marianis partibus ſteterat,

ſed.

ſed mortuo Syllâ, C. Aurelius Cotta Conſul primùm legis caput abrogavit; tulit enim, ut alios magiſtratus capere liceret; aliud caput abrogavit Pompejus Magnus in primo conſulatu, lege latâ, ut ad Tribunos Plebis provocatio eſſet; omniaquè, quæ Tribunis Plebis ademerat Sylla, illis eſſe reſtituta; ſed antè Syllam poſt Atinium Plebiſcitum, Tribunos Plebis, comitiis deſignari ſolitos, antequàm Conſules conſuevere, maximamquè fuiſſe in Urbe Tribuniciam poteſtatem, & ne Senatus adversùs Plebem crudeliùs, aut arrogantiùs ageret; per annos multos ex ipsâ Plebe creati ſunt Tribuni Plebis.

Poſteà cæperunt Equites quoquè Romani, & Senatores Tribunatum Plebis petere; ſic itaquè Plebei Magiſtratus Patriciis communicati ſunt, & Senatorii Plebeis. Et primùm Tribunatus Militum Plebi communicatus eſt. Anno centeſimo decimo poſt Reges. Lucio Poplio Volſco, & P. Manlio Capitolino Conſulibus, & primus ex Plebe creatus eſt Tribunus Militum P. Licinius Calvus; quo anno L. Quintius Cincinnatus Dictator fuit, & QUINTUS CORNELIUS COSSUS Magiſter Equitum.

Deindè cum Tribuni Plebis animadverterent, Tribunatum Militum ex Plebe creatum; & ità antiquè legi derogatum, contentiones pertulerunt ſimilitèr de communicando cum Plebè conſulatu; Undè ſolitudo Magiſtratuum per quinquennium fuit Licinio Stolone, & Lucio Sextio Laterano Tribunis Plebis, quod dùm ſedulò à Patribus comitia perturbantibus reſiſteretur, tandèm interceſſione perpetuâ prò Plebe ſancitum eſt, anno centeſimo decimo quarto poſt Reges, & primus ex Plebe creatus eſt Conſul L. Sextilius Lateranus, & L. Æmilius Mamertinus de Gente Patriciâ; ſed proximo præcedenti anno fuere Conſules creati AVLVS CORNELIVS COSSVS, & L. Veturius Craſſus Cicurinus; qui eodem anno defecerunt, & in Conſulatu ſuffecti ſunt M. Cornelius Maluginenſis, & P. Valerius Potitus Publicola.

Sed poſtquàm placuit creari etiam ex Plebe Conſules, ut aliquo pluris Patres haberentur, quàm Plebei, placuit duos ex numero Patruum conſtitui, & ità facti ſunt Ædiles, qui à Solio æburneo, quod eis datum eſt, Curules dicti ſunt, qui Annonæ Vrbis præeſſent, ac de vendendis rebus ſinè vitio curam haberent; & primi Ædiles curules creati ſunt ex Patribus. Marcus Claudius Marcellus, & M. Popilius Lœnas, C. Sulpitio Petico, & C. Licinio Calvo Conſulibus.

Deindè ſancitum eſt, ut eſſent qui Ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua, ſivè ſtatuta Plebs deferebat; Itaquè duo etiam ex Plebe conſtituti ſunt, qui Ædiles appellati ſunt. Horum officium erat, ludos publicos exibere, & ſacras privataſquè Ædes procurare, totam Vrbem tueri; ut cloacæ, & aquæductus, & quæquè publica ædificia munda, & integra eſſent, loca in Teatro aſſignare, ſi quiſpiam ſervum, aut jumentum morboſum, vitioſumquè prò integro, ſanovè vendidiſſet. Ædicto Ædilium ſuccurrebatur, & ſic ex Patribus, & ex Plebe creati ſunt Ædiles.

Deindè C. Julius Cæſar duos alios Ædiles creavit, qui frumento

86

præeſſent, & à Cerere, Cereales appellati ſunt; hiſquè cura ponderum, & menſurarum, nequa fraus fieret, commiſſa erat.

Cumquè Conſules avocarentur Finitimis Bellis, nequè eſſet, qui in Vrbe jus reddere poſſet; factum eſt, ut Prætor quoquè crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quod in Vrbe Jus redderet; Et magna penès hunc Magiſtratum publici, privatiquè juris poteſtas erat; Vt novum Jus condere, & vetera abrogare facultatem haberet; Et uſque adeò poſtmodùm Prætoris authoritas aucta fuit; ut quod Prætor edixiſſet Jus honorarium appellaretur; ut Juſtinianus Inſtitutionibus de jure natu.§.prætorum. Et Prætori regia inſignia, Sella curulis. Trabea, Lictores ſex, & conſulares apparatus dabantur; & apud Eum lege agere licebat, ut filios emancipare; ſervos manumittere. bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, & contrà tabulas; itèm & in integrum reſtitutionem,& tutorem ex lege Attiliâ poſtulare; & cætera obire quæ jure Quiritum continerentur, itaquè publicam, privatamque juriſdicendi poteſtatem habuiſſe exploratum eſt.

Et primus præturam in Comitiis obtinuit PVBLIVS CORNELIVS COSSVS M. Fabio Druſo, & Servio Sulpitio Camerino Conſulibus, anno ab ejectis Regibus 279.

Poſt aliquot annos, M. Æmilio Barbulâ, & Mar.Junio Perâ Conſulibus, Cajus Fundanius, & Titus Sembronius Ædiles, Claudiam Veſtalem Appii Filiam *Majeſtatis ream ad Tribunos Plebis deferunt*; quod Populo Romano calamitatem eſſet deprecata; Itaquè M. Æmilius Lepidus, & QVINTVS CORNELIVS COSSVS Tribuni Plebis multam æris gravis xxxv. millia dixerunt; hujuſmodi enim in Populum deprecatio in Majeſtatis crimen erat, ſed æris multa, non capitalis pœna; at qui hoſtem concitaſſet, vel civem hoſti tradidiſſet, capite pœnas daret; ſicuti qui in noſtro Regno movet bellum punitur pœnâ mortis, ut docet ſapientiſſimus Regius Conſiliarius Angelus Scialoya meus Avunculus in celebri tractatu acto in Praxi forjudicationis capit. 3. num. 119., & idem in dicta praxi d.cap.3.num.122. docet, quod præſtans auxilium Turcæ, vel Moro, ut aufugiat à Regno, punitur pœnâ mortis, & ego in dicto numero addidi, quod Chriſtiani prohibentur etiam mercimonii causâ navigare ad Barbaros, & Saracenos, & ad eos deferre victum alium, aut alias res, & neque arma, neque frumentum, neque ſalem; & contra facientes, pœnâ mortis puniuntur.

Imò eruditiſſimus P. Thomas Afflictus Almæ Religionis Clericorum Regularium meus Patruus de Juſtitiâ, & jure docet in d.opere part. 2. diſput.17.num.38. illis verbis.

Hinc ſequitur, Chriſtianos ex licentiâ Principis Chriſtiani piraticam exercentes, poſſe Turcas, & Saracenos, cum quibus jugitèr bellum gerimus, ſuis bonis ſpoliare, & poſt num. 39. d.diſp. dicit. ſecundò ſequitur non peccare qui piratas ad littora Chriſtianorum accedentes expoliant, vel vulnerant, occidunt, vel eorum bona rapiunt, tùm quia ſunt injuſti fidelium aggreſſores, & cum vim vi repellere licet, undè juſtum bellum contra ipſos gerimus, nec eſt neceſſaria authoritas publica, cum actu no-

bis

bis vim inferant, quamvis hæc non deſit, quià ſemper præſumitur talis, Principem velle, ut illius ſubditi armis contrà invaſores ſe tueantur, &c.

Deindè Tribunitiæ leges. Apuleja, & Varia. Apuleja, quam Apulejus Tribunus Plebis tulerat. Variam tulit Q. Varius Sucronenſis Tribunus Plebis, qui Philippo, & Cæſare Conſulibus, in locum M. Livii Druſi interfecti Tribunus Plebis creatus eſt, hujus legis hæc ſententia fuit, ut quæreretur de iis, quorum ope aut conſilio bellum italicum eſſet concitatum; quo crimine cum eſſent multi condemnati, & ad plures præterea, quos damnari neceſſe eſſet, eâ culpâ pertinere videretur. Fecit ſapientèr Senatus L. Attilio Regulo, & PVBLIO CORNELIO COSSO Conſulibus, qui decrevit, ne dum tumultus italicus eſſet, nec Judicium ullum lege Variâ fieret.

Leges poſt conſulares ſequutæ ſunt, ut Cornelia Lucii Syllæ Dictatoris. Indè Julia C. Cæſaris in ſecundo conſulatu, poſt victum in Pharſaliâ Pompejum; quæ lex damnatis aquâ, & igne interdicebat; Poſtremò Antonia Marci Antonii Conſulis, qui Triumvir poſteà fuit, quæ damnatis de Majeſtate, provocationem ad Populum dabat, quod anteà in uno perduellione omnium de Majeſtate criminum graviſſimo licebat.

Anno ducenteſimo quinquageſimo Appius Claudius Ceci filius Conſul ob Tarentinorum motus primum bellum Punicum indixit, comparatoquè Exercitu, magnâ virtute pugnavit, & Pœnos ſub tributo fecit.

Ducenteſimo quadrageſimo anno antè Chriſtum natum M. Regulus Attilius, & L. Manlius Conſules Amilcarem Pœnum in Hiſpaniâ debellarunt.

Biennio poſt L. Cornelius Lentulus, & Fulvius Flaccus Conſules Liguriam expugnarunt, eamquè Romano Imperio ſubjacere.

Quo tempore Flora famoſiſſima meretrix, & dives opum Populum Romanum hæredem inſtituit, in cujus honorem dies feſti, Ludi Flores nuncupati, anniverſariâ celebritate frequentari cæperunt.

His temporibus præcellebant Romæ Illuſtres, & ampliſſimi Viri M. Claudius Marcellus. Fabius Maximus Levinus, M. Livius Salinator. Sulpitius Gallus.

Poſt aliquot annos Xantippus Lacedemonius Dux Exercitus Carthaginenſium M. Regulum Attilium Conſulem in Aphricâ bellum gerentem, inſidiis circumventum, vivum cœpit, qui ductus Carthaginem, Romamque ad commutandos captivos datâ redeundi fide, dimiſſus, eam permutationem in Senatu diſſuaſit; & ad Hoſtem reverſus miſerabili tormentorum cruciatu diſperiit; Reliqui omnes in ore gladii ceciderunt, eâdem barbarâ feritate Carthaginenſes ſimulatâ gratitudine, dimittunt Xantippum, & ornatam puppim pretioſis onuſtam donis ad Lacedemonios cum literis mittunt; egregiam Xantippi virtutem commendantes; ſed contraria tanti meriti munera ſuccedunt. Nautæ mandato Carthaginentium Xantippum in profundum Maris demergunt; & hic finis gloriæ, meritiquè ſui. Verebantur Pœni tantæ victoriæ futuram gloriam Lacedemoniorum. Conſulem Romanum feciſſe captivum. His Carthagine patratis,

Ro-

188

Romamquè perlatis. Senatus cenſuit, Pœnos captivos humanitèr tractandos; nequè phas eſſe ſævitia in captivos Pœnos necem Conſulis Romani vindicare.

Eo tempore Fraſiſtratus, ut famoſum nomen impietatis ſuæ ad poſteros in ævum relinqueret, Templum Dianæ Epheſiæ combuſſit. Quod Templum ſummæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud Priſcos; ducentum viginti annis extructum à totâ Aſiâ; Columnæ centum viginti ſeptem à ſingulis Regibus factæ ſexagintà pedum altitudine; ex his triginta ſex cælatæ, quod inter ſeptem ſpectacula Mundi connumeratum eſt.

Poſt necem Attilii Amilcar Carthaginenſis graviſſimâ indignatione turbatus, Annibalem filium impuberem antè Aras ductum jurejurando vovere aſtrinxit, ut cum primùm per ætatem liceret, arma contra Romanos ſumeret, quapropter jam adultus delectam Juvenum manum ad militiam conſcribit.

Egreſſus itaquè Carthagine, Baleares cœpit; ubi Scipiones erant, Cajus, & Lucius fratres; Majoris Africani patrui. hj omnes in expugnatione Inſulæ interfecti ſunt; Indè Pœnus per Hiſpaniam, & Galliam in Italiam trajecit, Alpibus, quo expeditiùs iter faceret, igne & aceto patefactis. Ibi occurrentem Titum Sembronium Conſulem apud Trebiam profugavit. Flaminium fudit ad Traſimenem Lacum. Eo loci venit deindè Aldrubal Annibalis frater cum Pœnorum Exercitu, ut fratri ſuppetias ferret, & à Claudio Nerone, & Livio Salinatore Conſulibus devictus eſt, & occiſus. Poſteà vero Annibalis vires à Fabio maximo multùm ſunt imminutæ; ſed rurſus collectis viribus, Paulum Æmilium, & Terentium Varronem Conſules apud Cannas vicit; in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duomillia ſupra ſeptincentos Equites cœſa dicuntur; Cum Urbem capere facillimè poſſet in Campaniam divertit FELICEM; & Capuæ voluptate detentus, omnem animi vigorem remiſit; poſteà apud Nolam non mediocre damnum à M. Marcello accepit.

Sed cum Senatus Populuſque Romanus, inſtans Reipublicæ periculum a Pæno metuerent, P. Cornelium Scipionem cum exercitu in Africam mittunt, cumquè Carthaginenſes acerrimo bello a Scipione præmerentur; Annibalem ex Italiâ revocant, qui obſeſſæ Urbi ſuccurreret, & ſuppetias ferret; iſquè ab eodem Scipione, aput Zamam Aphricæ Oppidum pugnâ devictus eſt.

Eo tempore duo Numidiarum Aphricæ Reges Maſiniſſa, & Syphax formam Sophonisbæ Aſdrubalis filiæ, & Amilcaris ex filiâ neptis adamabant, quæ cum fuiſſet Maſiniſſæ nuptui tradita. Syphax Scipioni per Lelium conciliatus, belli ſocietatem cum eo inivit, eadem poſteà conſenſu Populi Cartaginenſis a Maſiniſsâ ablata, tradita eſt Syphaci, & Syphax, violatâ fide, Pœnis adheſit, tandèm victus a Maſiniſsâ, vinctus in Scipionis manus perductus eſt, a quo in triumpho circumductus, & deindè in carcerem incluſus, inediâ vitam finivit, & Maſiniſsa, qui primùm acerrimus hoſtis erat nominis Romani, poſteà fideliſſimus ſocius. Pub. Scipio poſt cruentas pugnas Urbem Carthaginem ultrò in deditionem accepit,

eam-

eamque ſub tributo Romani Imperii fecit, de quâ triumphavit, & nomen Aphricani accepit.

Quinquenniò poſt Cartaginenſes, violato pacis fœdere, nonnulla indigna facinora ediderunt. Hiſque perlatis Romam, Senatus cenſuit Majeſtatem Imperii modeſtiâ compenſare. Itaquè miſſus Quintus Fabius Pamphilus, cum Valerio Flacco ad Carthaginenſes legatus; ut niſi Annibal violator fœderis dederetur, bellum Carthaginenſibus indiceret; cumquè eſſent duæ Teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, & arbitrio ſibi dato, utram vellet, referret Romam, utramquè ſuſtulit, ait enim Carthaginenſes petere debere, utram mallent, accipere; ſic itaquè profectus Carthaginem Fabius, Teſſeram pacis, & belli Pœnis exibuit; Hiq; retentâ pacis Teſſerâ, alteram dimiſerunt. Tùm Annibal ad Antiochum profugit, cujus auxilio bellum redintegravit; ſed Antiocho quoquè debellato, Romani Annibalem ſibi captivum petierunt, quod Pœnus ſentiens ad Pruſiam Bithyniæ Regem confugit, a quo cum iterùm depoſceretur. Pœnus Pruſiæ lævitatem ſuſpectam habens; hauſto veneno, voluntariâ morte obiit.

Quinquenniò poſt legationem Fabii; Corneliò Cethego, & P. Sempronio Tuditano Conſulibus, ut alienigena Hoſtis ex Italiâ pelleretur, monitu Sibyllini carminis. Idæa Mater magna Deum Cybele è Phrygiæ oppido Peſſinunte Romam adveheretur, ac jam Terracinam adveniſſet, & recipi eam hoſpitis optimi in Civitate Viri, conſecratiquè ex Oraculo Pithio oporteret, haùd parvæ rei judicium Senatum tenebat, qui Vir optimus in Civitate eſſet. Itaquè P. C. jurati P. Scipionem Naſicam adoleſcentem, non dùm quæſtorium, (quibus virtutibus non traditur), judicaverunt in totâ Civitate Virum optimum eſſe, quæ laus uni huic a condito ævo contigit. Naſica igitur cum omnibus Matronis Hoſtiam ire juſſus obviam Deæ, iſquè eam de Nave accipere, & in Terram delatam tradere referendam Matronis.

Poſtquàm Navis ad Hoſtium Tiberini acceſſit, ſicùt erat juſſus in ſalum navæ evectus ab Sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Lapis erat quem Matrem Deorum Incolæ dicebant, ab Attalo Rege Aſiæ Romanis traditus. Matronæ primiores Civitatis accepere, inter quas unius Claudiæ Quintiæ inſigne eſt nomen, cui dubio, ut traditur, anteà fàma: Inductà Romam Deorum Matre, cum Navem autem, quæ vehebatur adverſo Tyberi, repente in Vado commoratam, & nullis viribus Zona pertraxiſſet; Quintia præcata Deam, ut ſi pudicam ſe ſciret, ſequeretur. Clariorem ad Poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Eæ per manus ſuccedentes, deindè aliæ aliis omni effuſâ Civitate obviam thuribulis antè Januas poſitis quà præferebatur, atquè accenſo thure, præcantibus, ut volens, propitiaque Urbem Romam iniret. In Ædem Victoriæ, quæ eſt in Palatio pertulere Deam, pridie idus Aprilis; iſque dies feſtus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatio tulit.

Hos ludos megalenſes M. Brutus Pont. Max. anniverſariâ celebritate ſacravit.

Poſt-

390

Poſtquam autem Conſulatus cæteriquè Senatorii Magiſtratus Plebi communicati ſunt, & Plebei Patribus, tanta crevit in Urbe Plebis auctoritas, quod etiam ex Plebe creatus eſt Dictator; cujus in Urbe ſummum Jus, ac plane Regia poteſtas fuit lege latâ, dum initio creabatur, Titio Lartio Flavo, & Quinto Clælio Conſulibus; ut de conſularibus crearetur; Conſules enim tunc, & per annos deindè multos, patricii fuerunt, & ſic intentio legis de Patriciis erat. Non enim Conſul Patricius Dictatorem quemquam de Plebe dixiſſet, nec Dictatorem de Plebe lex vetuerat, ſed de Conſularibus juſſerat. Unde communicato cum Plebe Conſulatu M. Popilius Lænatus Conſul plebejus primam de Plebe Cajum Martium Rutilium Conſulem Dictatorem elegit, & ex Patribus AVLVM CORNELIVM COSSVM Magiſtrum Equitum anno ab V. C. tricenteſimo nonageſimo. Non enim contrà legem, ſed contrà veterem conſuetudinem factum allegavit, igitur cum Popillius conſularem hominem de Plebe Dictatorem dixit, ſatisfecit legi, Patribus non ſatisfecit.

Tertio deindè anno cum poſt magnam contentionem obtinuiſſet Plebs, ut ſui Ordinis hominibus Sacerdotia quoquè communicarentur P. Sempronius Pontifex Maximus creatus eſt, & proximo ſequenti anno cenſor cum eo, quem in Conſulatu Collegam habuit.

Poſt aliquot deindè annos, non ſufficiente eo Prætore in Vrbe conſtituto, quod multa turba etiam Peregrinorum in Civitatem veniret; creatus eſt alius Prætor, qui *Peregrinus appellatus eſt*, ab eo quod intèr Peregrinos, & Cives Romanos jus diceret, & primus Prætor Peregrinus creatus eſt P. Furius, & Vterque Prætor, ſcilicet Vrbanus, & Peregrinus Juris Quiritum vindex erat.

Captâ deindè Sardiniâ, mox Siciliâ, itèm Hiſpaniâ; deindè Narbonenſi Provinciâ; totidem Prætores, quot Provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui Vrbanis rebus, partim qui Provincialibus præeſſent.

Fuerunt autem ſub ditione Populi Romani Provinciæ iſtæ.

Sardinia. Corſica. Sicilia. Duæ Hiſpaniæ citerior, ulterior. Aſia. Ætolia. Macedonia. Illirium. Dalmatia. Africa. Acaja. Galliæ duæ Ciſalpina, Tranſalpina. Cilitia. Bithynia. Pontus. Syria. Cyprus.

Quibus ex omnibus Provinciis Vectigal capiebat annuum Reſpub., ut à Plutarcho traditum eſt, Octuagies quinquies decies centena millium.

Indè Quæſtores Provinciales electi ſunt, qui pecuniæ quærendæ in Provinciis ex Vectigalibus curam haberent, & hi Plebei erant.

Ex his Provinciis, quædam Conſulares erant, quædam Prætoriæ, ſed eadem Provincia ex voluntate Senatus modò prætoria, modò conſularis erat.

Macedoniam namquè Gneus Cornelius Dolabella, Cajus Curio, M. Lucullus. Lucius Torquatus, & Cajus Antonius omnes conſulares adminiſtrarunt eandem Provinciam Cajus Octavius Pater naturalis Auguſti prætorius. Lucius Piſo, & *Piſone* revocato. Q. Ancharius prætorius adminiſtrarint.

Ne-

Nequè mireris, Princeps Eminentiſſime, ſi Græciam. Theſſaliam. Boëtiam. Pamphiliam. Phrigiam. Lycaoniam. Lydiam. Joniam. Cariam. Miſiam. Gallogræciam, ſivè Galatiam. Piſidiam. Lyciam. Cappadociam. Armeniam, non nominaverim; Nam Ætolia. Græciæ pars fuit. Boëtia ad juriſdictionem Macedoniæ pertinuit; omneſquè ſimùl ab uno Magiſtratu regebantur; quod ſervatum eſt poſt Conſulatum Piſonis, & Gabinii; Nàm eo anno legem tulit Pub. Clodius Tribunus Plebis, ut omnes illæ Provinciæ ab eo, qui Macedoniæ præeſſet reggerentur, non enim tulit, ut à Piſone nominatim reggerentur, nàm fuiſſet privilegium non lex, ſed ab eo cui Macedonia daretur. Etenim poſt Piſonem Marcus Lucullus Macedoniæ præfuit, & omnes illas Provincias adminiſtravit, & poſt Lucullum, Q. Ancharius, omnes Viri Conſulares.

Similitèr qui Cyliciæ præerat, Pamphiliam Phrigiam, & Lycaoniam adminiſtrabat; & qui Aſiæ præerat, Lydiam, Joniam, Cariam, Miſiam, & Partem Phrigiæ regebat. Phrigiam enim in duas Juriſdictiones diſpertitam fuiſſe; una Pars Cyliciæ, altera tribueretur Aſiæ. Nàm etiam ipſius Aſiæ tres Diœceſes ad Cyliciam attinuiſſe. Cicero, & alii quamplures prodierunt. Galatiam regebat Dejotares Rex ſocius fideliſſimus Populi Romani. Piſidæ, & Licii inter ſocios erant; ſuiſquè legibus ſinè Magiſtratu Romano utebantur.

Sardiniam cœpit Titus Manlius Torquatus intèr primum, & ſecundum Bellum Punicum; de quâ triumphavit; & Provincia Populi Romani, facta eſt. Corſicam vicit, & Provinciam fecit Cajus Papirius Maſo, & à Senatu, triunpho non impetrato, ipſe de ſuâ ſententiâ in Monte Albano triumphavit; & hanc una cum Sardiniâ unus rexit Magiſtratus Romanus. Siciliam vicit Q. Catulus primo bello Punico. Deindè captis Siracuſis, Marcus Marcellus Conſul ſecundo Bello Punico Utramquè in Provinciæ formam redegit; qui ſecutus exemplum Papirii, ſimilitèr in Albano Monte triumphum egit. Hiſpaniæ à Scipione Africano, & M. Catone Cenſorio multis victoriis domitæ, devictę ſunt. Aſiam cis Taurum Montem Scipio Majoris Africani frater ad Imperium adjecit. Ætoliam M. Fulvius Nobilior ſubegit bellum gerens cœpit Conſul, Proconſul perfecit, & triumphavit; Macedoniam in ditionem Populi Romani deduxit Q. Metellus, & Perſe Rege inter captivos Romam ducto, triumphavit, & Macedonici cognomen adeptus eſt, quam poſteà cum Acajâ conjunxit. P. Clodius Tribunus Plebis, unamquè Provinciam fecit.

Ad Macedoniam namquè componendam anno proximo antè, Senatus de more miſit Lucium Æmilium Paulum, qui de ſententiâ decem legatorum Macedonas omnes liberos eſſe juſſit, & ut ſuis legibus viverent, ſuas Urbes, & agros haberent. Magiſtratus annuos crearent, permiſit. Veteris etiam ſtipendii, quod Regibus pependerant, dimidiâ parte relevavit. Illyrium, & Dalmatiam eodem anno Paulus Lucius Anicius debellavit, triumphavitque poſt Paulum, aliquot diebus Rege Illyriorum Gentio cum fratre, conjuge, & liberis antè Currum ducto. Carthaginem, & Numantiam, illam Aphricæ, hanc Achajæ caput exciderunt.

hil temerè faciundum; Itaquè rurſus legati exploratum miſſi, qui cum reverſi legationem retuliſſent. Catone, & aliis Principibus Senatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur Exercitus. Naſica ſententiam dixit, non dum ſibi juxtam Cauſam Belli videri quamvis Exercitus, & Claſſis, Carthagine deprehenſâ, eſſet. Itaquè placuit, ut Bello abſtineretur, ſi Carthaginenſes Claſſem exuiſſent, & Exercitum dimiſiſſent; ſin minùs proximi Conſules de Bello Punico referrent.

Deindè cum Cato non deſiſteret quâcumque de re ageretur in Senatu, ad extremùm ſententiæ exclamare, *delendam eſſe Carthaginem*; Naſica diſſentiens inſtitit in hunc modum contrariam tueri ſententiam, ut ſemper haberet in ore. è Republicâ ſibi videri *Carthaginem non everti*. Potiſſimum quoniam Populus Romanus, ſecundis rebus elatus, & inſolens à multis jàm ſceleribus contineri non poſſet, qui proſperitate rerum adeò luxuriaret, ut quo impetus animorum ferret, eo per vim atquè impotentiam graſſaretur; Hunc ergò metum moderatorem, & ſalutarem, quaſi frenum quoddam temeritati multitudinis retinendum cenſebat. Carthaginenſes enim quemadmodum Romanos ſuperare non poſſent, ſic ſatis eſſe ad Populum Romanum intrà moderationis terminos continendum. Ad extremum tamèn pervicit Catonis ſententia; non multo magis ſi ex eventu rerum judicatum eſſet; placuit tamèn, *ut Urbs tantùm loco moveretur*. Nihil enim ſpecioſius viſum; quam Carthaginem, quæ non formidaretur. *Divus Auguſtinus Naſicæ ſententiam ſecutus ait, plus nocuit Romanis Carthago everſa quam bellatrix*.

Itaquè M. Manilio, & Lucio Martio Cenſorino Conſulibus, tertium bellum Punicum exortum eſt, & uterquè Conſul Marcus Manilius pedeſtribus copiis; Lucius Martius Equeſtribus Præfectus miſſi ſunt. Eis clàm mandatum à Senatu erat, ne priùs Carthagine exercitum deducerent, quam Vrbem evertiſſent.

Territis novitate rei Carthaginenſibus, Legatiſque confeſtim Romàm deſtinatis, reſponſum à Senatu eſt, ſi Conſulibus in Siciliâ exiſtentibus intrà diem trigeſimum trecentos pueros, e Nobiliſſimis obſides dediſſent, fore, ut cæteris, quæ dicturi eſſent aurem præberent, ſed aliud clàm ad Conſules ſcribunt Patres, placere ſibi; Itaquè pueri advecti in Siciliam, Romam à Conſulibus miſſi ſunt, & ab eiſdem Carthaginenſibus reſponſum, ſe eis ad finem belli cætera ad Vticam dicturos.

Ità Conſules Claſſe delati in Africam, Caſtra locant, ubi anteà ſub Scipione, tabernacula ponunt. Naves in Vticæ Portu ſtant. Profectis indè ad eos Carthaginenſium legatis; Conſules in edito quodam loco conſedere; Ducibus ac Tribunis Militum eos circumſtantibus; quos univerſus deindè Exercitus, longo ordine inſignibus obibant armis. Vexilla recta ſtetere, ut coràm legati multitudinem copiarum intuerentur.

Poſtremò Conſules, indicto per tubas ſilentio, accedere legatos per tubicinem juſſere, illi per ingentia profecti Agmina, ne utiquè ad Conſulum Tribunal admiſſi ſunt; ſed eo tabernaculo, quod in medio ſitum erat, perſiſtere, Indè ſi quid vellent, fari à Conſulibus juſſi; longâ, & mi-

394

miſerabili oratione habitâ, datoquè à Lucio Martio Conſule reſponſo, ut omnia Carthaginis arma, naveſque traderentur; iiſquè traditis ad eum numerum, ut facilè Africa ex his tota armari potuerit cum omnibus inſtrumentis belli, ſiqua Carthagine erant; atque incensâ in ipſo Vrbis conſpectu Vniversâ claſſe, cum petiiſſet Conſul, ut Vrbs dederetur; quo prò Senatus juſſu funditùs dirueretur; Multis ultrò, citròque habitis orationibus, (tangebat enim etiam Conſules tanti excidii miſericordia) cum permitteretur à Conſulibus evocatis Principibus, ut ſi ſalvi eſſe vellent, migrantes finibus aliam Vrbem decem à Mari millibus paſſuum, nec minùs, ubi liberet, conderent, inquè eâ liberi ſuis legibus viverent; nequè ea condicio à Carthaginenſibus acciperetur, nequè ſpacium daretur mittendi Romam Legatos.

Dolore apud Carthaginenſes prò atrocitate rei, atquè indignitate in iras, & deſperationem verſo, comploratum publice ſtatim, & pari voce clamatum eſt ad arma; ſeditquè ſententia quoquo modo rebellandum, non quià ſpes ulla jam ſupereſſet, ſed quia *PATRIAM SUAM mallent Hoſtium, quàm ſuis manibus everti, ſe ſeque, & propter ipſam, & cum ipsâ uno, eodemquè funere contumulari.*

Itaquè Ducibus creatis duobus Asdrubalibus, ad bellum itum eſt tanto ſtudio, ac furore, ut ad fabricanda arma, deficiente jam ferro, atquè ære, in officinis aurum, & argentum conflaretur. Tecta, domuſquè in uſum novæ Claſſis reſciſſæ ſunt. Matronæqué in tormentorum vincula crines ſuos contulerint. Conſules pœnitentiam eorum, deſperationemquè quaſi obſidentes oppetiebantur. Exercitui interim commeatum omni curâ, ſtudioquè parabant ex oppidis, quæ Romanæ ditionis erant, paucis indè diebus Carthaginem versùs movere copias; partito inter ſe Exercitu ad pugnam inſtructi. Manilius à Mediterraneo ſuprà collum Vrbis repleturus foſſam, ferebatur, ut brevi murum, qui imminebat, & ab illo altiora mænia invaderet. Cenſorinus à Mari aggreſſus eſt.

Situs Carthaginis hujuſmodi fuiſſe dicitur; Vigintitria millia paſſuum Muro amplexa, cingebatur, penè tota Mari prætèr fauces, quæ trium millium ſpacio à continente patebant. Is locus murum triginta pedes latum habuit, Saxo quadrato, altum cubitos quadraginta. Arx, cui Byrſæ nomen fuit, paulò ampliùs quàm duomillia paſſuum amplexa Murum ex parte unâ communem Vrbi habuit, imminentem Mari, quod Stagnum vocabant.

Hæc Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ poſt Trojanum Bellum, ut docet Euſebius à Didone condita fuit.

Quoniàm objectu portentæ linguæ tranquillabatur; Igitur Conſules ambo, velut intèr inermes pugnaturi, quippè traditis anteà armis graſſabantur, donèc nupèr armatis occurrentibus inopiâ Virorum multitudine dejecti repelluntur, ità ea ſoluta oppugnatio eſt, ſed cum pugnam iteraſſent, rurſuſquè repellerentur, Carthaginenſibus crevere animi. Itaquè Asdrubalem Ducem Carthaginenſium, qui extrà Vrbem erat, veriti, nàm poſt eos, haùd magno intervallo ſuprà Stagnum Caſtra habe-

bebat, exercitus ambo Vallo muniunt. Cenſorinus propè Stagnum, ac ſub ipſis mænibus. Manilius ſuprà Collum ad Viam, quæ in mediterranea vertit, inſederat. Confectis à Cenſorino Machinis, iterùm Vrbem ambo oppugnant, iterato pelluntur. Manilius cum aliquantam muri partem machinis diruiſſet, ab incepto deſtitit. Reparatis noctu per Carthaginenſes mænibus, ad invadenda etiam cum facibus, atquè igni Caſtra Romanorum erupere; ac magnam eorum partem aſſumere; ſed ſuccurrentibus Romanis in Urbem, vaſtatis magnâ ex parte Caſtris, reverſi ſunt. Poſtero die vix illuceſcente Romani, qui cum Manilio erant, quà murus corruerat, non dùm firmitèr refectis Mænibus, invadunt, Urbemquè vi ingredi conantur. Carthaginenſes primùm armatos à fronte conſtituunt à tergò horum inermes lignis, lapidibuſque inſtructi erant, plurimos etiam ſupèr imminentes Campo, & viis Domos collocarunt, qui hoſtes ingreſſos deſupèr impeterent. Romani ad pugnam acriùs incenſi prorſùs, quaſi ab inermibus deſpicerentur, audaciùs in eos feruntur, & cum neglectos ab unâ parte muros duo Tribuni fruſtrà reclamante Africano minore, qui tunc Tribunatum gerebat Militum, temerè cum Cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis gravitèr cedentibus, pellerentur. Africanus qui ſuas Cohortes plurifariàm diſtributas per intervalla in muro ſtatuerat, eos, repulſo intrà mænia hoſte, incolumes recepit. Cujus rei gratiâ, & quod Caſtellum, quod nocte ab hoſtibus oppugnabatur paucis Equitibus adjuvantibus, caſtraque etiam ab alio nocturno impetu defenderat. Donatus eſt à Manilio obſidionali coronâ. Simùl quod tribus cohortibus eductis tres alias ab hoſtibus obſeſſas ſoſpites reduxerat, *quod ſtatua ejus in foro ſuo Octavius Auguſtus poſteà inſcripſiſſe fertur*. Cenſorinus paulò poſt Romam ad Comitia diſceſſit, relicto pœnes Manilium univerſo Belli pondere.

Carthaginenſes ſolitò audaciùs ſoli Manilio inſultabant. Romanis nocturno pavore perterritis, Scipio per eas portas, quæ averſiſſimæ ab oppugnatione erant cum Equitibus occurrit. inde in Carthaginenſes provectus tantùm terroris injecit, ut relictis Caſtris, retrò in Urbem redire compulerit; rurſuſquè ſervaſſe Exercitum Romanum ſic viſus.

Sed erat Phanias quidam Himilconis Præfectus Equitum Carthaginenſium vir fortis, & cujus præcipuâ operâ Pœni nitebantur; Qui paulò auctis proſperâ pugnâ animis cum Equis parvis, atque agilibus, & gramine tantùm paſci ſolitis, uteretur, quibus famem, ſitimque pati cum oporteret perfacile eſſet in Silvis deliteſcens, ac convallibus; nec opinato, pabulantes aggrediebatur Romanos, & in morem Aquilæ ingruens ſubindè, ac fugiens depredabatur; cæterùm ubi Scipio ductaret, nuſquam apparebat. Itaquè Phanias cum Scipione congredi neutiquàm auderet. Ex eâ re creſcere in dies Scipionis gloria cæpit; Quod cum cæteri intelligerent Tribuni per invidiam detrahere homini, quaſi neceſſitudine intèr Scipionem, & Phaniam, jàm indè ab Avo perdurante non deſiſtere. Eveniebat etiam ut Pœnos intrà oppida, & Caſtella, quibus abundabant ſeſe recipientes cæteri Tribuni ſimulatis fœderibus circumvenirent. Sci-

pio

pio autèm ſervatâ fide, domos quoſquè ſuas dimitteret, itaquè nemo decedere ſe antè audebat, quam interveniſſet Scipio. *Tanta Illi Virtutis, ac fidei opinio brevi etiam apud Hoſtes creverat.* Sed redeuntibus à pabulatione Romanis, Carthaginenſes Navium cuſtodiam invaſerant, clamor qnoquè varius, ac multiplex Civium ad tumultum conclamantium in Urbe audiebatur.

Manilius cum ſtrepitus cauſam ingnoraret, Copias intrà Vallum continuit. Scipio pavidas ſecum ducens Cohortes, præire cum accenſis facibus jubet, neque per noctem congredi Hoſtibus, ſed cum igne hùc, illùc diſcurrentes ingentis Agminis præbere ſpeciem, metumquè Hoſti incutere, quo pavore utrinque perculſi Carthaginenſes in Urbem refugere. Scipio omnium in ore eſſe, dignus Paulo Patre, dignus Avo adoptivo Scipione exiſtimari.

Paulò poſt Manilius adversùs Aſdrubalem, qui cum alterâ manu ſaltum inſederat movendum cenſebat. Scipio qui per rupes, & Convalles, præruptaquè loca iter eſſe faciendum videbat, Suaſit primò Conſuli, ne tàm iniquo loco conflgeret; Ille tamèn proceſſit, cumque jam non ampliùs quincentis paſſibus ab Aſdrubale abeſſet, & tranſmitti fluvium oporteret, vereri rursùs, & ſuadere de reditu cæpit, quaſi alio tempore atque ordine in Aſdrubalem eundum eſſet; Sed victus complurium Tribunorum ſententiis, qui & prudentiæ ejus, & virtuti invidebant, ignaviæquè non conſilii eſſe dicebant, ſi in conſpectu Hoſtium cæderent, qui fugam opinati extemplo ſe à tergo invaderent. Monere eos inſtitit, ut ſaltèm Vallum antè amnem jacerent, ut ſi fortè pellerentur, tutus receptus ſupereſſet, cum fugæ nullus aliundè relinqueretur locus.

Igitur Manilius ex plurium ſententiâ tranſmittit Exercitum, & Saltum ſequente etiam Scipione ingreſſus eſt; cui ſtatim Aſdrubal ex adversò occurrit, cædes utrinque magna exoritur; Aſdrubal poſtquam intrà Vallum ſe receperat, nihil adverſi pati poterat, tantùm ut obirent Romani, operiebatur, quò eos à tergo invaderet.

Romani ſerâ erroris pœnitentiâ adducti, regredi incipiunt, cum fluvio appropinquaſſent, & ſub ordinibus tranſire Vado anguſto, atquè aſpero non poſſent, neceſſariò turbant ordines. Quod coſpicatus Aſdrubal ſummâ alacritate eos agreſſus, pleroſquè fædâ proſtravit Strage. Tribuni tres occubuere ex iis qui Ducem in primis ad prælium impulerant.

Scipio trecentos circitèr Equites, quos ſecum habuit, additiſque aliis quotcumquè cogere in unum potuit, in duas diviſit acies, eaſque in Hoſtem emiſit juſſas celeri curſu per vices jaculando incurrere, ut pars inceſſeret, pars regrederetur, & continuè, jaculandis miſſilibus, ſe ſe invicem quodam quaſi circulo commutarent; id cum illi aſſiduè ac ſinè intermiſſione feciſſent, Pœni in eos converſi in Scipionem ferebantur; ità abeuntes Romani minùs infeſto hoſte; Scipioneque jugitèr in eum adequitando dimicante traiicere flumen permiſſi. Intereà quatuor Romanorum Cohortes initio pugnæ per hoſtem à fluvio intercluſæ ad tumu-

lum

lum quemdam confugerant, quem Aſdrubal obſidere cæpit. Scipio apertè oſtendit, priùſquam inciperent conſilio, & prudentiâ in illo ſuorum periculo, ſi boni, forteſquè eſſent manuum, atquè animi promptitudine eſſe opus, ipſe cum nonnullis delectis Equitibus, aut alacritèr rediturum in Caſtra; aut cum cæteris lœto animo occaſurum ſe pollicitus. Sumptis duorum dierum cibariis, cunctis de reditu ejus deſperantibus iter peregit. Cum ad tumulum perveniſſent, aſcenſum quemdam, qui tumulo præminebat, ſuperat curſu, ſicùt una dumtaxat Vallis intèr illum, & Hoſtes intercederet.

Tum verò Pœni obſeſſos acriùs urgere, ac prædicare neutiquàm à Scipione proptèr itineris difficultatem auxilium ſuis afferri poſſe. At Scipio radices utriuſquè tumuli, & interiacentem contemplatus Vallem, extemplò per eas in hoſtes fertur, qui ſtatim utrinque circumventi in fugam verterunt. Eos Scipio numero Militum haùd quaquam par (exiguas enim Equitum turmas eduxerat); liberè abire paſſus, obſeſſos in Caſtra incolumes reduxit; quem cæteri à longe venientem cum ſociis, prætèr ſpem, ſaluum adeſſe conſpicati clamoribus maximis, incentiquè lætitiâ excepere, non ſinè opinione faventis ei Numinis, à quo etiàm Scipioni majori Avo ejùs futura ſæpenumero prænunciata eſſe, vulgo ferebantur.

Manilius in Caſtra Urbi proxima reversùs, multam comminatus eſt, ſi quis in recipiendis Copiis Scipioni dicto audiens non fuiſſet, ceterùm mærebat univerſus Exercitus, quod cæſi ad nepherim Tribuni, & Milites inſepulti jacerent.

Scipio captivum quemdam dimitti ad Aſdrubalem juſſit, qui juſta cadaveribus impetraret.

Aſdrubal perquiſita corpora, & ex anulis agnita (aureis enim Triboni, cæteri ferreis utebantur.) ſepulturæ tradidit; ſeù communem mortalitatis conditionem miſeratus, ſeù, quod Scipionem jàm tùm reveritus inire ab eo potiſſimùm optarit gratiam.

Intereà Senatus in Africam miſerat, qui diligentiſſimè omnia, quæ gererentur, cognoſcerent. Apud quos Manilius, cæterique prò ſe quiſque Duces Tribunique omni depoſitâ invidiâ Exercituſque omnis Scipioni ob res ab eo fortiſſimè, feliciſſimèquè geſtas, teſtimonium virtutis præbuit. Quæ cum legati Romam renunciaſſent, Senatum gaudio replevere.

Sed quià pluraque haùd ſanè proſperè in Africâ evenerant; placuit ad Maſiniſſam inviſendum Legatos mitti, qui illum hortarentur, & ad Bellum ſtrenuè in Carthaginenſes gerendum incitarent; Verùm ille proptereà, quod ſenio ac valetudine confectus jacebat, à Legatis adiri non potuit. Rogatu ejus Manilius Scipionem, quem inſtanti jam facto curatorem liberis dare præſentem cupiebat, ad Regem tranſmittit. Is poſt Maſiniſſæ mortem, compoſitis inter Regulos rebus familiaribus, cum rediret in Caſtra, Guluſſam Regis filium in ſocietatem Belli, ſecum duxit, cujus conſilio potiſſimùm Phaniæ inſidias, quibus Romanos aſſiduè infeſtos habebat, repræſſit. Contigit autem, ut Scipio, & Phanias per crepi-

tu-

38

udinem quandam, quæ Vaſtam in medio habuit, & inacceſſam Vallem ducerent, itaut ſe alter alterum aggredi non poſſet. Veritus Scipio ne quis locum ponendis inſidiis antecaperet, progreſſus tribus dumtaxat comitantibus cuncta rimatur.

Id ſuſpicatus Phanias unico ex ſuis Comite, proceſſit obviam. Ratus igitur Scipio eſſe, quod ille communicatum vellet; unico, & ipſe comitatus accedit, ibi cum appropinguaſſent, ut ſe invicem audire poſſent, Scipio audactèr (præjuerat enim, & Phanias Carthaginenſes) cur, inquit, de ſalute tuâ non cogitas Phania, quando communem deſperatam vides? At Ille; quid eſt quod mihi ſalutis ſperare poſſim hoc rerum noſtrarum ſtatu, qui tanta mala Vobis intulerim? Tum Scipio, ſpondeo, inquit, & præſtabo veniam tibi apud Romanos, & gratiam non defuturam. Annuit Phanias, & cum ſe minimè dubitare dixiſſet, quin tantùm apud ſuos valeret Scipio; dirempto colloquio, utrique receſſere.

Interim unicus ab Exercitu Guluſſæ epiſtolam Scipioni reddit; eam acceptam, ſicùt erat obſignatam, Imperatori tradidit, cum aperuiſſent in hanc ſententiam ſcriptam invenere. *Hoc ipſo die, eo loci veniam; tu cum quibus placuerit, accedito; Cuſtodibus impera, ut ad ſe venientem noctu accipiant*. Nihil plùs literis, ne nomen quidem Authoris inerat, quam ob rem Scipio à Phaniâ miſſam eſſe credere. Manilius Scipionis ſaluti metuere, callidum, & inſidioſum Pœnum dicere. Ad extremum mitti Scipionem placuit, qui Phaniæ incolumitatem polliceretur, honorem aut beneficium nullum certum, ſed pro meritis, quæ apud ſuos renunciaſſet, non defuturam ei apud Romanos gratiam; ſed ne id quidem expectavit Phania, nam ubi primùm in Scipionis conſpectum venit, Satis ſe ei de ſuâ ſalute fidei, habere profeſſus, quantùm ſibi à Romanis gratiæ referretur, in eorum poteſtate fore affirmavit.

Hæc fatus, poſtero die aciem inſtruit, & cum cæteris Ducibus progreſſus in medium quaſi conſultaturus, cum ſuos hortatus eſſet, ut quandò communi non poſſent, ſaluti ſuæ conſulerent, ſeſequè imitarentur, cum equitatu ſuo, & præfectis aliquot ad ſummam Equitum duorum millium, ducentorum ampliùs ad Romanos tranſiit; quos & Hanno, cognomine Leucus imitatus eſt. Revertenti Scipioni cum Phaniâ, obviam profectus Exercitus, quaſi triumphantem lætis clamoribus excepit. Manilius Imperator gaudio elatus, cum non ampliùs periculum iter arbitraretur, nec Aſdrubalem mætu territum ulteriùs à tergo inſecuturum putaret, tandèm neceſſitate rerum compulſus, receſſit. Septimum enim ac decimum agebat diem, & defecto bidui cibariis, triduum inſupèr in reditu abſumendum erat, fameſquè perferenda. Verum Scipio cum Phaniâ, & Guluſſâ, cæteriſquè ſuis Italicâ præmiſsâ manu ad campum proceſſit, quem magnum Baratrum incolæ vocabant. ingentemque vim frumenti, & commeatus Exercitui per noctem ſupportavit.

Cognito deindè Manilius ſucceſſorem ſibi Calphurnium *Piſonem* cum Imperio mitti, Scipionem cum Phaniâ Romam dimiſit, qui incredibili dolore Militum profectus in Urbem, honoribus, muneribuſque

à Se-

à Senatu, ut Phanias exciperetur, efficit. Manilius paulò poſt, & ipſe tradito Piſoni Imperio; cum præter res ſuperiùs expoſitas, Tenzagam quoquè Urbem cæſis duodecim millibus Afrorum, ſex millibus captis, expugnaſſet, atquè diripuiſſet, Romam ex Provinciâ deceſſit. Biennio poſt Scipio, diſpenſatione Populi, creatus Conſul, non enim per ætatem licebat, cum imperio ad Exercitum cum Phaniâ profectus eſt, Exercitus iterùm reverenti Scipioni occurrit, lætiſquè clamoribus Imperatorem excepit. Iſquè poſt dies duos, inſtructis Equitum Turmis, cæteriſquè Militibus, & Claſſe, Carthaginem terrâ, Mariquè circumvallat, Pœnoſque ferro, fameque obſidet. Tandèm Civitate captâ, & intromiſſis Copiis; Scipio altus ſedens, decretum Senatus aperiri Jubet, eoquè promulgato, in conſpectu Exercitus, Pœnorumque Ducum. Imperat. *Civitatem erui, omniaquè in ore gladii, & ignis immitti*. Deletâ Carthagine. Imperator ornatam Puppim auro ad Senatum mittit, quæ tanti Belli victoriam indicabat. Poſteà diviſis inter Milites manubiis cum exercitu Victor rediens, triumphavit; & nomen Africani decreto Senatus accepit; Qui deindè minor Africanus dictus eſt. Fuit autem hic Scipio filius naturalis Pauli Æmilii, & nepos ex filiâ Scipionis majoris Africani, qui etiam ab Avo adoptatus in Scipionum familiam, Scipio Æmilianus dictus eſt, & à Virtute Africanus minor, Poſt aliquot annos, L. Anicio Gallo, & M. Cornelio Cæthego Conſulibus. Scipio Pontifex Maximus creatus eſt.

Deindè Tiberio Gracco occiſo in concione à Publio Naſicâ, triduò poſt, ſuſpicabatur enim Scipionis minoris Conſilio Tiberium interfectum, qui majoris Africani ex filiâ nepos erat, quod Reipublicæ dominationem ambierat. Fuit autem Tiberius Graccus filius Gracchi Sembronii, cui Semproniæ Familiæ cognomen fuit, & in Hiſpaniam Proconſul miſſus, Celdiberos in deditionem accepit, Illurciamquè eorum Oppidum ſplendidiùs à ſe reſtitutum, ut geſtarum à ſe rerum memoria ſupereſſet de ſuo nomine Gracchurim appellavit, huic Uxor fuit Cornelia ex Scipionum familiâ inſigni, ut diximus, pudicitiâ, & eruditione mulier, ex quâ non ſolùm d. Tiberium ſed etiam Cajum Gracchos ſuſcepit generoſiſſimæ quidem Indolis Juvenes, eloquentiâquè in primis admirabiles, ſed ambitioſos, & gloriæ cupidos, cæterùm popularis auræ plus ſatis avidos; quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad Plebem ſe contulerint, cumquè Tiberius Tribunus Plebis eſſet, P. Mutio Scævolâ, & Gneo Calphurnio Piſone Conſulibus, & Plebiſcitum de agris deſignandis ferre vellet Publius Scævola in Conſilio fuit, ſed obſcuriùs non ut ſæditionem ſuſcitaturus, ſed legis æquitati Juveni aſſenſiens, atqui ex eâ re Civitate commotâ, convocato per P. Scævolam Senatu in Ædem Fideipublicæ, & interrogatis Patribus quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet? nam ea lex Agraria Patres ut divites offendebat. Tunc Patres Serapionem conſulentes, id ab eo reſponſum accepere; Se nec authorem inteſtini Belli fore, nec Civem Romanum in d. causâ necaturum; nec ſi quid per vim ad Populum Gracchus tuliſſet, prò lege habiturum.

386

præeſſent, & à Cerere, Cereales appellati ſunt; hiſquè cura ponderum, & menſurarum, nequa fraus fieret, commiſſa erat.

Cumquè Conſules avocarentur Finitimis Bellis, nequè eſſet, qui in Vrbe jus reddere poſſet; factum eſt, ut Prætor quoquè crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quod in Vrbe Jus redderet; Et magna penès hunc Magiſtratum publici, privatiquè juris poteſtas erat; Vt novum Jus condere, & vetera abrogare facultatem haberet; Et uſque adeò poſtmodùm Prætoris authoritas aucta fuit; ut quod Prætor edixiſſet Jus honorarium appellaretur; ut Juſtinianus Inſtitutionibus de jure natu.§.prætorum. Et Prætori regia inſignia, Sella curulis. Trabea, Lictores ſex, & conſulares apparatus dabantur; & apud Eum lege agere licebat, ut filios emancipare; ſervos manumittere. bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, & contrà tabulas; itèm & in integrum reſtitutionem,& tutorem ex lege Atiliâ poſtulare; & cætera obire quæ jure Quiritum continerentur, itaquè publicam, privatamque juriſdicendi poteſtatem habuiſſe exploratum eſt.

Et primus præturam in Comitiis obtinuit PVBLIVS. CORNELIVS COSSVS M. Fabio Druſo, & Servio Sulpitio Camerino Conſulibus, anno ab ejectis Regibus 279.

Poſt aliquot annos, M. Æmilio Barbulâ, & Mar.Junio Perâ Conſulibus, Cajus Fundanius, & Titus Sembronius Ædiles, Claudiam Veſtalem Appii Filiam *Majeſtatis ream ad Tribunos Plebis deferunt*; quod Populo Romano calamitatem eſſet deprecata; Itaquè M. Æmilius Lepidus, & QVINTVS CORNELIVS COSSVS Tribuni Plebis multam æris gravis xxxv. millia dixerunt; hujuſmodi enim in Populum deprecatio in Majeſtatis crimen erat, ſed æris multa, non capitalis pœna; at qui hoſtem concitaſſet, vel civem hoſti tradidiſſet, capite pœnas daret; ſicuti qui in noſtro Regno movet bellum punitur pœnâ mortis, ut docet ſapientiſſimus Regius Conſiliarius Angelus Scialoya meus Avunculus in celebri tractatu acto in Praxi forjudicationis capit. 3. num. 119., & idem in dicta praxi d.cap.3.num.122. docet, quod præſtans auxilium Turcæ, vel Moro, ut aufugiat à Regno, punitur pœnâ mortis, & ego in dicto numero addidi, quod Chriſtiani prohibentur etiam mercimonii causâ navigare ad Barbaros, & Saracenos, & ad eos deferre victum alium, aut alias res, & neque arma, neque frumentum, neque ſalem; & contra facientes, pœnâ mortis puniuntur.

Imò eruditiſſimus P. Thomas Afflictus Almæ Religionis Clericorum Regularium meus Patruus de Juſtitiâ, & jure docet in d.opere part. 2. diſput.17.num.38. illis verbis.

Hinc ſequitur, Chriſtianos ex licentiâ Principis Chriſtiani piraticam exercentes, poſſe Turcas, & Saracenos, cum quibus jugitèr bellum gerimus, ſuis bonis ſpoliare, & poſt num. 39. d. diſp. dicit. ſecundò ſequitur non peccare qui piratas ad littora Chriſtianorum accedentes expoliant, vel vulnerant, occidunt, vel eorum bona rapiunt, tùm quia ſunt injuſti fidelium agreſſores, & cum vim vi repellere licet, undè juſtum bellum contra ipſos gerimus, nec eſt neceſſaria authoritas publica, cum actu nobis

bis vim inferant, quamvis hæc non deſit, quià ſemper præſumitur talis, Principem velle, ut illius ſubditi armis contrà invaſores ſe tueantur, &c.

Deindè Tribunitiæ leges. Apuleja, & Varia. Apuleja, quam Apulejus Tribunus Plebis tulerat. Variam tulit Q. Varius Sucronenſis Tribunus Plebis, qui Philippo, & Cæſare Conſulibus, in locum M. Livii Druſi interfecti Tribunus Plebis creatus eſt, hujus legis hæc ſententia fuit, ut quæreretur de iis, quorum ope aut conſilio bellum italicum eſſet concitatum; quo crimine cum eſſent multi condemnati, & ad plures prætereà, quos damnari neceſſe eſſet, eâ culpâ pertinere videretur. Fecit ſapientèr Senatus L. Attilio Regulo, & PUBLIO CORNELIO COSSO Conſulibus, qui decrevit, ne dum tumultus italicus eſſet, nec Judicium ullum lege Variâ fieret.

Leges poſt conſulares ſequutæ ſunt, ut Cornelia Lucii Syllæ Dictatoris. Indè Julia C. Cæſaris in ſecundo conſulatu, poſt victum in Pharſaliâ Pompejum; quæ lex damnatis aquâ, & igne interdicebat; Poſtremò Antonia Marci Antonii Conſulis, qui Triumvir poſteà fuit, quæ damnatis de Majeſtate, provocationem ad Populum dabat, quod anteà in uno perduellione omnium de Majeſtate criminum graviſſimo licebat.

Anno ducenteſimo quinquageſimo Appius Claudius Ceci filius Conſul ob Tarentinorum motus primum bellum Punicum indixit, comparatoquè Exercitu, magnâ virtute pugnavit, & Pœnos ſub tributo fecit.

Ducenteſimo quadrageſimo anno antè Chriſtum natum M. Regulus Attilius, & L. Manlius Conſules Amilcarem Pœnum in Hiſpaniâ debellarunt.

Biennio poſt L. Cornelius Lentulus, & Fulvius Flaccus Conſules Liguriam expugnarunt, eamquè Romano Imperio ſubjacere.

Quo tempore Flora famoſiſſima meretrix, & dives opum Populum Romanum hæredem inſtituit, in cujus honorem dies feſti, Ludi Flores nuncupati, anniverſariâ celebritate frequentari cæperunt.

His temporibus præcellebant Romæ Illuſtres, & ampliſſimi Viri M. Claudius Marcellus. Fabius Maximus Levinus, M. Livius Salinator. Sulpitius Gallus.

Poſt aliquot annos Xantippus Lacedemonius Dux Exercitus Carthaginenſium M. Regulum Attilium Conſulem in Aphricâ bellum gerentem, inſidiis circumventum, vivum cœpit, qui ductus Carthaginem, Romamque ad commutandos captivos datâ redeundi fide, dimiſſus, eam permutationem in Senatu diſſuaſit; & ad Hoſtem reverſus miſerabili tormentorum cruciatu diſperiit; Reliqui omnes in ore gladii ceciderunt, eâdem barbarâ feritate Carthaginenſes ſimulatâ gratitudine, dimittunt Xantippum, & ornatam puppim pretioſis onuſtam donis ad Lacedemonios cum literis mittunt; egregiam Xantippi virtutem commendantes; ſed contraria tanti meriti munera ſuccedunt. Nautæ mandato Carthaginentium Xantippum in profundum Maris demergunt; & hic finis gloriæ, meritiquè ſui. Verebantur Pœni tantæ victoriæ futuram gloriam Lacedemoniorum. Conſulem Romanum feciſſe captivum. His Carthagine patratis,

Ro-

188

Romamquè perlatis. Senatus cenſuit, Pœnos captivos humanitèr tractandos; nequè phas eſſe ſævitia in captivos Pœnos necem Conſulis Romani vindicare.

Eo tempore Fraſiſtratus, ut famoſum nomen impietatis ſuæ ad poſteros in ævum relinqueret, Templum Dianæ Epheſiæ combuſſit. Quod Templum ſummæ magnificentiæ fuit, & admirationis apud Priſcos; ducentum viginti annis extructum à totâ Aſiâ; Columnæ centum viginti ſeptem à ſingulis Regibus factæ ſexagintà pedum altitudine; ex his triginta ſex cælatæ, quod inter ſeptem ſpectacula Mundi connumeratum eſt.

Poſt necem Attilii Amilcar Carthaginenſis graviſſimâ indignatione turbatus, Annibalem filium impuberem antè Aras ductum jurejurando vovere aſtrinxit, ut cum primùm per ætatem liceret, arma contra Romanos ſumeret, quapropter jam adultus delectam Juvenum manum ad militiam conſcribit.

Egreſſus itaquè Carthagine, Baleares cœpit; ubi Scipiones erant, Cajus, & Lucius fratres; Majoris Africani patrui. hj omnes in expugnatione Inſulæ interfecti ſunt; Indè Pœnus per Hiſpaniam, & Galliam in Italiam trajecit, Alpibus, quo expeditiùs iter faceret, igne & aceto patefactis. Ibi occurrentem Titum Sembronium Conſulem apud Trebiam profugavit. Flaminium fudit ad Traſimenem Lacum. Eo loci venit deindè Aſdrubal Annibalis frater cum Pœnorum Exercitu, ut fratri ſuppetias ferret, & à Claudio Nerone, & Livio Salinatore Conſulibus devictus eſt, & occiſus. Poſteà vero Annibalis vires à Fabio maximo multùm ſunt imminutæ; ſed rurſus collectis viribus, Paulum Æmilium, & Terentium Varronem Conſules apud Cannas vicit; in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duomillia ſupra ſeptincentos Equites cæſa dicuntur; Cum Urbem capere facillimè poſſet in Campaniam divertit FELICEM; & Capuæ voluptate detentus, omnem animi vigorem remiſit; poſteà apud Nolam non mediocre damnum à M. Marcello accepit.

Sed cum Senatus Populuſque Romanus, inſtans Reipublicæ periculum a Pœno metuerent, P. Cornelium Scipionem cum exercitu in Africam mittunt, cumquè Carthaginenſes acerrimo bello a Scipione premerentur; Annibalem ex Italiâ revocant, qui obſeſſæ Urbi ſuccurreret, & ſuppetias ferret; iſquè ab eodem Scipione, aput Zamam Aphricæ Oppidum pugnâ devictus eſt.

Eo tempore duo Numidiarum Aphricæ Reges Maſiniſſa, & Syphax formam Sophoniſbæ Aſdrubalis filiæ, & Amilcaris ex filia neptis adamabant, quæ cum fuiſſet Maſiniſſæ nuptui tradita. Syphax Scipioni per Lelium conciliatus, belli ſocietatem cum eo inivit, eadem poſteà conſenſu Populi Cartaginenſis a Maſiniſsâ ablata, tradita eſt Syphaci, & Syphax, violatâ fide, Pœnis adheſit, tandèm victus a Maſiniſsâ, vinctus in Scipionis manus perductus eſt, a quo in triumpho circumductus, & deindè in carcerem incluſus, inediâ vitam finivit, & Maſiniſsa, qui primùm acerrimus hoſtis erat nominis Romani, poſteà fideliſſimus ſocius. Pub. Scipio poſt cruentas pugnas Urbem Carthaginem ultrò in deditionem accepit,

eam-

Digitized by Google

eamque ſub tributo Romani Imperii fecit, de quâ triumphavit, & nomen Aphricani accepit.

Quinquenniò poſt Cartaginenſes, violato pacis fœdere, nonnulla indigna facinora ediderunt. Hiſque perlatis Romam, Senatus cenſuit Majeſtatem Imperii modeſtiâ compenſare. Itaquè miſſus Quintus Fabius Pamphilus, cum Valerio Flacco ad Carthaginenſes legatus; ut niſi Annibal violator fœderis dederetur, bellum Carthaginenſibus indiceret; cumquè eſſent duæ Teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, & arbitrio ſibi dato, utram vellet, referret Romam, utramquè ſuſtulit, ait enim Cartaginenſes petere debere, utram mallent, accipere; ſic itaquè profectus Carthaginem Fabius, Teſſeram pacis, & belli Pœnis exibuit; Hiq; retentâ pacis Teſſerâ, alteram dimiſerunt. Tùm Annibal ad Antiochum profugit, cujus auxilio bellum redintegravit; ſed Antiocho quoquè debellato, Romani Annibalem ſibi captivum petierunt, quod Pœnus ſentiens ad Pruſiam Bithyniæ Regem confugit, a quo cum iterùm depoſceretur. Pœnus Pruſiæ lævitatem ſuſpectam habens; hauſto veneno, voluntariâ morte obiit.

Quinquenniò poſt legationem Fabii; Corneliò Cethego, & P. Sempronio Tuditano Conſulibus, ut alienigena Hoſtis ex Italiâ pelleretur, monitu Sibyllini carminis. Idæa Mater magna Deum Cybele è Phrygiæ oppido Peſſinunte Romam adveheretur, ac jam Terracinam adveniſſet, & recipi eam hoſpitis optimi in Civitate Viri, conſecratiquè ex Oraculo Pithio oporteret, haùd parvæ rei judicium Senatum tenebat, qui Vir optimus in Civitate eſſet. Itaquè P. C. jurati P. Scipionem Naſicam adoleſcentem, non dùm quæſtorium, (quibus virtutibus non traditur), judicaverunt in totâ Civitate Virum optimum eſſe, quæ laus uni huic a condito ævo contigit. Naſica igitur cum omnibus Matronis Hoſtiam ire juſſus obviam Deæ, iſquè eam de Nave accipere, & in Terram delatam tradere referendam Matronis.

Poſtquàm Navis ad Hoſtium Tiberini acceſſit, ſicùt erat juſſus in ſalum navæ evectus ab Sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Lapis erat quem Matrem Deorum Incolæ dicebant, ab Attalo Rege Aſiæ Romanis traditus. Matronæ primiores Civitatis accepere, inter quas unius Claudiæ Quintiæ inſigne eſt nomen, cui dubio, ut traditur, anteà fama: Inductâ Romam Deorum Matre, cum Navem autem, quæ vehebatur adverſo Tyberi, repente in Vado commoratam, & nullis viribus Zona pertraxiſſet; Quintia præcata Deam, ut ſi pudicam ſe ſciret, ſequeretur. Clariorem ad Poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Eæ per manus ſuccedentes, deindè aliæ aliis omni effuſâ Civitate obviam thuribulis antè Januas poſitis quà præferebatur, atquè accenſo thure, præcantibus, ut volens, propitiaque Urbem Romam iniret. In Ædem Victoriæ, quæ eſt in Palatio pertulere Deam, pridie idus Aprilis; iſque dies feſtus fuit. Populus frequens dona Deæ in Palatio tulit.

Hos ludos megalenſes M. Brutus Pont. Max. anniverſariâ celebritate ſacravit.

Poſt-

Poſtquam autem Conſulatus cæterique Senatorii Magiſtratus Plebi communicati ſunt, & Plebei Patribus, tanta crevit in Urbe Plebis auctoritas, quod etiam ex Plebe creatus eſt Dictator; cujus in Urbe ſummum Jus, ac plane Regia poteſtas fuit lege latâ, dum initio creabatur, Titio Lartio Flavo, & Quinto Clælio Conſulibus; ut de conſularibus crearetur; Conſules enim tunc, & per annos deindè multos, patricii fuerunt, & ſic intentio legis de Patriciis erat. Non enim Conſul Patricius Dictatorem quemquam de Plebe dixiſſet, nec Dictatorem de Plebe lex vetuerat, ſed de Conſularibus juſſerat. Unde communicato cum Plebe Conſulatu M. Popilius Lænatus Conſul plebejus primam de Plebe Cajum Martium Rutilium Conſulem Dictatorem elegit, & ex Patribus AVLVM CORNELIVM COSSVM Magiſtrum Equitum anno ab V. C. tricenteſimo nonageſimo. Non enim contrà legem, ſed contrà veterem conſuetudinem factum allegavit, igitur cum Popillius conſularem hominem de Plebe Dictatorem dixit, ſatisfecit legi, Patribus non ſatisfecit.

Tertio deindè anno cum poſt magnam contentionem obtinuiſſet Plebs, ut ſui Ordinis hominibus Sacerdotia quoquè communicarentur P. Sempronius Pontifex Maximus creatus eſt, & proximo ſequenti anno cenſor cum eo, quem in Conſulatu Collegam habuit.

Poſt aliquot deindè annos, non ſufficiente eo Prætore in Vrbe conſtituto, quod multa turba etiam Peregrinorum in Civitatem veniret; creatus eſt alius Prætor, qui *Peregrinus appellatus eſt*, ab eo quod inter Peregrinos, & Cives Romanos jus diceret, & primus Prætor Peregrinus creatus eſt P. Furius, & Vterque Prætor, ſcilicet Vrbanus, & Peregrinus Juris Quiritum vindex erat.

Captâ deindè Sardiniâ, mox Siciliâ, itèm Hiſpaniâ; deindè Narbonenſi Provinciâ; totidem Prætores, quot Provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui Vrbanis rebus, partim qui Provincialibus præeſſent.

Fuerunt autem ſub ditione Populi Romani Provinciæ iſtæ.

* Sardinia. Corſica. Sicilia. Duæ Hiſpaniæ citerior, ulterior. Aſia. Ætolia. Macedonia. Illirium. Dalmatia. Africa. Acaja. Galliæ duæ Ciſalpina, Tranſalpina. Cilitia. Bithynia. Pontus. Syria. Cyprus.

Quibus ex omnibus Provinciis Vectigal capiebat annuum Reſpub., ut à Plutarcho traditum eſt, Octuagies quinquies decies centena millium.

Indè Quæſtores Provinciales electi ſunt, qui pecuniæ quærendæ in Provinciis ex Vectigalibus curam haberent, & hi Plebei erant.

Ex his Provinciis, quædam Conſulares erant, quædam Prætoriæ, ſed eadem Provincia ex voluntate Senatus modò prætoria, modò conſularis erat.

Macedoniam namquè Gneus Cornelius Dolabella, Cajus Curio, M. Lucullus. Lucius Torquatus, & Cajus Antonius omnes conſulares adminiſtrarunt eandem Provinciam Cajus Octavius Pater naturalis Auguſti prætorius. Lucius Piſo, & Piſone revocato. Q. Ancharius prætorius adminiſtrarint.

Ne-

Nequè mireris , Princeps Eminentiſſime , ſi Græciam . Theſſaliam. Boëtiam . Pamphiliam . Phrigiam . Lycaoniam . Lydiam . Joniam . Cariam . Miſiam . Gallogræciam , ſivè Galatiam . Piſidiam . Lyciam . Cappadociam . Armeniam , non nominaverim ; Nam Ætolia . Græciæ pars fuit . Boëtia ad juriſdictionem Macedoniæ pertinuit ; omneſquè ſimùl ab uno Magiſtratu regebantur ; quod ſervatum eſt poſt Conſulatum Piſonis, & Gabinii ; Nàm eo anno legem tulit Pub.Clodius Tribunus Plebis , ut omnes illæ Provinciæ ab eo , qui Macedoniæ præeſſet reggerentur , non enim tulit , ut à Piſone nominatim reggerentur , nàm fuiſſet privilegium non lex , ſed ab eo cui Macedonia daretur . Etenim poſt Piſonem Marcus Lucullus Macedoniæ præfuit , & omnes illas Provincias adminiſtravit , & poſt Lucullum , Q. Ancharius, omnes Viri Conſulares .

Similitèr qui Cyliciæ præerat , Pamphiliam Phrigiam , & Lycaoniam adminiſtrabat ; & qui Aſiæ præerat , Lydiam , Joniam , Cariam , Miſiam , & Partem Phrigiæ regebat . Phrigiam enim in duas Juriſdictiones diſpertitam fuiſſe ; una Pars Cyliciæ, altera tribueretur Aſiæ . Nàm etiam ipſius Aſiæ tres Diœceſes ad Cyliciam attinuiſſe . Cicero , & alii quamplures prodierunt . Galatiam regebat Dejotares Rex ſocius fideliſſimus Populi Romani . Piſidæ , & Licii inter ſocios erant ; ſuiſquè legibus ſinè Magiſtratu Romano utebantur .

Sardiniam cœpit Titus Manlius Torquatus intèr primum , & ſecundum Bellum Punicum ; de quâ triumphavit ; & Provincia Populi Romani , facta eſt . Corſicam vicit , & Provinciam fecit Cajus Papirius Maſo, & à Senatu , triunpho non impetrato , ipſe de ſuâ ſententiâ in Monte Albano triumphavit ; & hanc una cum Sardiniâ unus rexit Magiſtratus Romanus . Siciliam vicit Q. Catulus primo bello Punico . Deindè captis Siracuſis , Marcus Marcellus Conſul ſecundo Bello Punico Ultramquè in Provinciæ formam redegit ; qui ſecutus exemplum Papirii , ſimilitèr in Albano Monte triumphum egit . Hiſpaniæ à Scipione Africano , & M.Catone Cenſorio multis victoriis domitæ , devictę ſunt . Aſiam cis Taurum Montem Scipio Majoris Africani frater ad Imperium adjecit . Ætoliam M. Fulvius Nobilior ſubegit bellum gerens cœpit Conſul , Proconſul perfecit , & triumphavit ; Macedoniam in ditionem Populi Romani deduxit Q. Metellus , & Perſe Rege inter captivos Romam ducto , triumphavit , & Macedonici cognomen adeptus eſt , quam poſteà cum Acajâ conjunxit. P. Clodius Tribunus Plebis , unamquè Provinciam fecit .

Ad Macedoniam namquè componendam anno proximo antè , Senatus de more miſit Lucium Æmilium Paulum , qui de ſententiâ decem legatorum Macedonas omnes liberos eſſe juſſit , & ut ſuis legibus viverent, ſuas Urbes , & agros haberent . Magiſtratus annuos crearent , permiſit . Veteris etiam ſtipendii , quod Regibus pependerant , dimidiâ parte relevavit . Illyrium , & Dalmatiam eodem anno Paulus Lucius Anicius debellavit , triumphavitque poſt Paulum , aliquot diebus Rege Illyriorum Gentio cum fratre , conjuge , & liberis antè Currum ducto . Carthaginem , & Numantiam , illam Aphricæ , hanc Achajæ caput exciderunt . Sci-

592

Scipio Æmilianus, & Lucius Mummius, & triumpharunt; tulitque indè Scipio cognomen Africani. Mummius Achaici, & factæ ſunt Provinciæ duæ Africa, & Achaja. Galliam Ciſalpinam M. Marcellus; Is qui quinquiès Conſul fuit; primuſque Annibalem acie vicit. Virdumarum Gallorum Regem ſingulari certamine occidit, & de Gallis triumphavit. Tranſalpinam verò Galliam, quæ Narbonenſis quoquè dicta eſt. Q. Fabius L. Pauli Nepos debellavit, devictiſquè Allobrogibus, triumphavit. Cyliciam perdomuit Publius Servilius Proconſul; & Iſcaurorum Cyliciæ Arcem evertit, ac triumphavit.

Bythiniam Rex Nicomedes Populo Romano; (ut anteà Rex Attalus Aſiam), teſtamento reliquit; eamquè ſimùl cum Ponto, in quo Mitridates regnavit, unam Provinciam fecit Pompejus magnus Proconſul, Mitridate devicto; Siria quoque Pompei Magni ſingulari virtute ultimo bello Mitridatico victa leges accepit; Provinciarumquè Populi Romani numerum auxit, triumphavitque ex eâ Proconſul. Cretam debellavit Q. Metellus; Creticuſque poſteà nominatus eſt. Cyprum M. Cato prætorius in deditionem Populi Romani adjecit. Gætuliam GNEVS CORNELIVS COSSVS Conſul debellavit poſt devictum in Africâ Jarbam Gætulorum Regem. Omnemquè illam Africæ partem, Tyriorum, & Syriæ Phenicis ad Imperium Populi Romani adjecit, ac triumphavit, & GETVLICI Nomen adeptus eſt.

Et poſtquàm Antiochus cognomento *Magnus*, Quartus Syriæ Rex Antiochiam aliaſquè Civitates eripuit, & adversùs Romanos munivit Exercitum Lucius Scipio Majoris Africani frater in Aſiam profectus Conſul Antiochum bello devicit, & omnem Aſiam cis Taurum Montem ad fines uſquè Tygris fluvii ad Imperium adjunxit; annoquè poſt Conſulatum proximo triumphavit; eamque poſteà Attalus Rex beneficio Senatus Populiquè Romani poſſedit; ſed mortuo Attalo, Ariſtonicus illam occupavit, ac tenuit, donèc Marcus Perpenna Conſul Ariſtonicum devicit, atquè cœpit, dequè eo triumphavit; & illam Aſiam M. Aquilius Conſul in Provinciæ formam redegit, alias Provincias debellavit Pompejus Magnus Proconſul, Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniam. Iberiam; Cyliciam. Scytis quoquè, Judeis, Albanis devictis triumphavit.

Has omnes Provincias Cives Romani. Modò conſulares, modò prætorii, tàm ex Patribus, quàm ex Plebe adminiſtrabant.

Poſt ſecundum Bellum Punicum, quod Major Africanus geſſit annis circitèr quatragintà cum in finibus Carthaginenſium Maximus Numidiarum Exercitus, Archobazane Duce Siphacis nepote diceretur eſſe. M. Cato ſualit, ut Carthaginenſibus, qui exercitum ſpecie contra Maſiniſſam Regem, ſed reverà contrà Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur: huic ſententiæ contradixit Naſica, effecitquè, ut legati mitterentur Carthaginem, qui ſpecularentur, quid ageretur; quibus miſſis, nec ſatis benignè acceptis cum Guluſſa Maſiniſſæ filius denunciaſſet Carthagine delectus fieri, Claſſem comparari, & haud dubium Bellum ſtrui. Catone ſuadente, ut iis bellum indiceretur. Naſica dixit nihil

hil temerè faciundum; Itaquè rurſus legati exploratum miſſi, qui cum reverſi legationem retuliſſent. Catone, & aliis Principibus Senatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur Exercitus. Naſica ſententiam dixit, non dum ſibi juxtam Cauſam Belli videri quamvis Exercitus, & Claſſis, Carthagine deprehenſâ, eſſet. Itaquè placuit, ut Bello abſtineretur, ſi Carthaginenſes Claſſem exuiſſiſſent, & Exercitum dimiſiſſent; ſin minùs proximi Conſules de Bello Punico referrent.

Deindè cum Cato non deſiſteret quâcumque de re ageretur in Senatu, ad extremùm ſententiæ exclamare, *delendam eſſe Carthaginem*; Naſica diſſentiens inſtitit in hunc modum contrariam tueri ſententiam, ut ſemper haberet in ore. è Republicà ſibi videri *Carthaginem non everti*. Potiſſimum quoniam Populus Romanus, ſecundis rebus elatus, & inſolens à multis jàm ſceleribus contineri non poſſet, qui proſperitate rerum adeò luxuriaret, ut quo impetus animorum ferret, eo per vim atquè impotentiam graſſaretur; Hunc ergò metum moderatorem, & ſalutarem, quaſi frenum quoddam temeritati multitudinis retinendum cenſebat. Carthaginenſes enim quemadmodum Romanos ſuperare non poſſent, ſic ſatis eſſe ad Populum Romanum intrà moderationis terminos continendum. Ad extremum tamèn pervicit Catonis ſententia; non multo magis ſi ex eventu rerum judicatum eſſet; placuit tamèn, *ut Urbs tantùm loco moveretur*. Nihil enim ſpecioſius viſum; quam Carthaginem, quæ non formidaretur. *Divus Auguſtinus Naſicæ ſententiam ſecutus ait, plus nocuit Romanis Carthago everſa quam bellatrix*.

Itaquè M. Manilio, & Lucio Martio Cenſorino Conſulibus, tertium bellum Punicum exortum eſt, & uterquè Conſul Marcus Manilius pedeſtribus copiis; Lucius Martius Equeſtribus *Præfectus* miſſi ſunt. Eis clàm mandatum à Senatu erat, ne priùs Carthagine exercitum deducerent, quam Vrbem evertiſſent.

Territis novitate rei Carthaginenſibus, Legatiſque confeſtim Romàm deſtinatis, reſponſum à Senatu eſt, ſi Conſulibus in Sicilià exiſtentibus intrà diem trigeſimum trecentos pueros, e Nobiliſſimis obſides dediſſent, fore, ut cæteris, quæ dicturi eſſent aurem præberent, ſed aliud clàm ad Conſules ſcribunt Patres, placere ſibi; Itaquè pueri advecti in Siciliam, Romam à Conſulibus miſſi ſunt, & ab eiſdem Carthaginenſibus reſponſum, ſe eis ad finem belli cætera ad Vticam dicturos.

Ità Conſules Claſſe delati in Africam, Caſtra locant, ubi anteà ſub Scipione, tabernacula ponunt. Naves in Vticæ Portu ſtant. Profectis indè ad eos Carthaginenſium legatis; Conſules in edito quodam loco conſedere; Ducibus ac Tribunis Militum eos circumſtantibus; quos univerſus deindè Exercitus, longo ordine inſignibus obibant armis. Vexilla recta ſtetere, ut coràm legati multitudinem copiarum intuerentur.

Poſtremò Conſules, indicto per tubas ſilentio, accedere legatos per tubicinem juſſere, illi per ingentia profecti Agmina, ne utiquè ad Conſulum Tribunal admiſſi ſunt; ſed eo tabernaculo, quod in medio ſitum erat, perſiſtere, Indè ſi quid vellent, fari à Conſulibus juſſi; longâ, &

miſerabili oratione habitâ, datoquè à Lucio Martio Conſule reſponſo; ut omnia Carthaginis arma, naveſque traderentur; iiſquè traditis ad eum numerum, ut facilè Africa ex his tota armari potuerit cum omnibus inſtrumentis belli, ſiqua Carthagine erant; atque incenſâ in ipſo Vrbis conſpectù Vniversâ claſſe, cum petiiſſet Conſul, ut Vrbs dederetur; quo prò Senatus juſſu funditùs dirueretur; Multis ultrò, citròque habitis orationibus, (tangebat enim etiam Conſules tanti excidii miſericordia) cum permitteretur à Conſulibus evocatis Principibus, ut ſi ſalvi eſſe vellent, migrantes finibus aliam Vrbem decem à Mari millibus paſſuum, nec minùs, ubi liberet, conderent, inquè eâ liberi ſuis legibus viverent; nequè ea conditio à Carthaginenſibus acciperetur, nequè ſpacium daretur mittendi Romam Legatos.

Dolore apud Carthaginenſes prò atrocitate rei, atquè indignitate in iras, & deſperationem verſo, comploratum publice ſtatim, & pari voce clamatum eſt ad arma; ſeditquè ſententia quoquo modo rebellandum, non quià ſpes ulla jam ſupereſſet, ſed quia *PATRIAM SUAM mallent Hoſtium, quàm ſuis manibus everti, ſe ſeque, & propter ipſam, & cum ipsâ uno, eodemquè funere contumulari.*

Itaquè Ducibus creatis duobus Asdrubalibus, ad bellum itum eſt tanto ſtudio, ac furore, ut ad fabricanda arma, deficiente jam ferro, atquè ære, in officinis aurum, & argentum conflaretur. Tecta, domuſquè in uſum novæ Claſſis reſciſſæ ſunt. Matronæquè in tormentorum vincula crines ſuos contulerint. Conſules pœnitentiam eorum, deſperationemquè quaſi obſidentes oppetiebantur. Exercitui interim commeatum omni curâ, ſtudioquè parabant ex oppidis, quæ Romanæ ditionis erant, paucis indè diebus Carthaginem versùs movere copias; partito inter ſe Exercitu ad pugnam inſtructi. Manilius à Mediterraneo ſuprà collum Vrbis repleturus foſſam, ferebatur, ut brevi murum, qui imminebat, & ab illo altiora mænia invaderet. Cenſorinus à Mari aggreſſus eſt.

Situs Carthaginis hujuſmodi fuiſſe dicitur; Vigintitria millia paſſuum Muro amplexa, cincebatur, penè tota Mari prætèr fauces, quæ trium millium ſpacio à continente patebant. Is locus murum triginta pedes latum habuit, Saxo quadrato, altum cubitos quadraginta. Arx, cui Byrſæ nomen fuit, paulò ampliùs quàm duomillia paſſuum amplexa Murum ex parte unâ communem Vrbi habuit, imminentem Mari, quod Stagnum vocabant.

Hæc Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ poſt Trojanum Bellum, ut docet Euſebius à Didone condita fuit.

Quoniàm objectu portentæ linguæ tranquillabatur; Igitur Conſules ambo, velut intèr inermes pugnaturi, quippè traditis anteà armis graſſabantur, donèc nupèr armatis occurrentibus inopiâ Virorum multitudine dejecti repelluntur, ità ea ſoluta oppugnatio eſt, ſed cum pugnam iteraſſent, rurſuſquè repellerentur, Carthaginenſibus crevere animi. Itaquè Asdrubalem Ducem Carthaginenſium, qui extrà Vrbem erat, veriti, nàm poſt eos, haùd magno intervallo ſuprà Stagnum Caſtra habe-

bebat, exercitus ambo Vallo muniunt. Cenſorinus propè Stagnum, ac ſub ipſis mænibus. Manilius ſuprà Collum ad Viam, quæ in mediterranea vertit, inſederat. Confectis à Cenſorino Machinis, iterùm Vrbem ambo oppugnant, iterato pelluntur. Manilius cum aliquantam muri partem machinis diruiſſet, ab incepto deſtitit. Reparatis noctu per Carthaginenſes mænibus, ad invadenda etiam cum facibus, atquè igni Caſtra Romanorum erupere; ac magnam eorum partem aſſumſere; ſed ſuccurrentibus Romanis in Urbem, vaſtatis magnâ ex parte Caſtris, reverſi ſunt. Poſtero die vix illuceſcente Romani, qui cum Manilio erant, quà murus corruerat, non dùm firmitèr refectis Mænibus, invadunt, Urbemquè vi ingredi conantur. Carthaginenſes primùm armatos à fronte conſtituunt à tergò horum inermes lignis, lapidibuſque inſtructi erant, plurimos etiam ſupèr imminentes Campo, & viis Domos collocarunt, qui hoſtes ingreſſos deſupèr impeterent. Romani ad pugnam acriùs incenſi prorsùs, quaſi ab inermibus deſpicerentur, audaciùs in eos feruntur, & cum neglectos ab unâ parte muros duo Tribuni fruſtrà reclamante Africano minore, qui tunc Tribunatum gerebat Militum, temerè cum Cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis gravitèr cedentibus, pellerentur. Africanus qui ſuas Cohortes plurifariàm diſtributas per intervalla in muro ſtatuerat, eos, repulſo intrà mænia hoſte, incolumes recepit. Cujus rei gratiâ, & quod Caſtellum, quod nocte ab hoſtibus oppugnabatur paucis Equitibus adjuvantibus, caſtraque etiam ab alio nocturno impetu defenderat. Donatus eſt à Manilio obſidionali coronâ. Simùl quod tribus cohortibus eductis tres alias ab hoſtibus obſeſſas ſoſpites reduxerat, *quod ſtatua ejus in foro ſuo Octavius Auguſtus poſteà inſcripſiſſe fertur*. Cenſorinus paulò poſt Romam ad Comitia diſceſſit, relicto pœnes Manilium univerſo Belli pondere.

Carthaginenſes ſolitò audaciùs ſoli Manilio inſultabant. Romanis nocturno pavore perterritis, Scipio per eas portas, quæ averſiſſimæ ab oppugnatione erant cum Equitibus occurrit. inde in Carthaginenſes provectus tantùm terroris injecit, ut relictis Caſtris, retrò in Urbem redire compulerit; rurſuſquè ſervaſſe Exercitum Romanum ſic viſus.

Sed erat Phanias quidam Himilconis Præfectus Equitum Carthaginenſium vir fortis, & cujus præcipuâ operâ Pœni nitebantur; Qui paulò auctis proſperâ pugnâ animis cum Equis parvis, atque agilibus, & gramine tantùm paſci ſolitis, uteretur, quibus famem, ſitimque pati cum oporteret perfacile eſſet in Silvis deliteſcens, ac convallibus; nec opinato, pabulantes aggrediebatur Romanos, & in morem Aquilæ ingruens ſubindè, ac fugiens depredabatur; cæterùm ubi Scipio ductaret, nuſquam apparebat. Itaquè Phanias cum Scipione congredi neutiquàm auderet. Ex eâ re creſcere in dies Scipionis gloria cæpit; Quod cum cæteri intelligerent Tribuni per invidiam detrahere homini, quaſi neceſſitudine intèr Scipionem, & Phaniam, jàm indè ab Avo perdurante non deſiſtere. Eveniebat etiam ut Pœnos intrà oppida, & Caſtella, quibus abundabant ſeſe recipientes cæteri Tribuni ſimulatis fæderibus circumvenirent. Sci-

pio

396

pio autèm ſervatâ fide, domos quoſquè ſuas dimitteret, itaquè nemo decedere ſe antè audebat, quam interveniſſet Scipio. *Tanta Illi Virtutis, ac fidei opinio brevi etiam apud Hoſtes creverat.* Sed redeuntibus à pabulatione Romanis, Carthaginenſes Navium cuſtodiam invaſerant, clamor qnoquè varius, ac multiplex Civium ad tumultum conclamantium in Urbe audiebatur.

Manilius cum ſtrepitus cauſam ingnoraret, Copias intrà Vallum continuit. Scipio pavidas ſecum ducens Cohortes, præire cum accenſis facibus jubet, nequè per noctem congredi Hoſtibus, ſed cum igne hùc, illùc diſcurrentes ingentis Agminis præbere ſpeciem, metumquè Hoſti incutere, quo pavore utrinque perculſi Carthaginenſes in Urbem refugere. Scipio omnium in ore eſſe, dignus Paulo Patre, dignus Avo adoptivo Scipione exiſtimari.

Paulò poſt Manilius adversùs Aſdrubalem, qui cum alterâ manu ſaltum inſederat movendum cenſebat. Scipio qui per rupes, & Convalles, præruptaquè loca iter eſſè faciendum videbat, Suaſit primò Conſuli, ne tàm iniquo loco conſligeret; Illè tamèn proceſſit, cumque jam non ampliùs quincentis paſſibus ab Aſdrubale abeſſet, & tranſmitti fluvium oporteret, vereri rursùs, & ſuadere de reditu cæpit, quaſi alio tempore atque ordine in Aſdrubalem eundum eſſet; Sed victus complurium Tribunorum ſententiis, qui & prudentiæ ejus, & virtuti invidebant, ignaviæquè non conſilii eſſe dicebant, ſi in conſpectu Hoſtium cæderent, qui fugam opinati extemplo ſe à tergo invaderent. Monere eos inſtitit, ut ſaltèm Vallum antè amnem jacerent, ut ſi fortè pellerentur, tutus receptus ſupereſſet, cum fugæ nullus aliundè relinqueretur locus.

Igitur Manilius ex plurium ſententiâ tranſmittit Exercitum, & Saltum ſequente etiam Scipione ingreſſus eſt; cui ſtatim Aſdrubal ex adversò occurrit, cædes utrinque magna exoritur; Aſdrubal poſtquam intrà Vallum ſe receperat, nihil adverſi pati poterat, tantùm ut obirent Romani, operiebatur, quò eos à tergo invaderet.

Romani ſerâ erroris pœnitentiâ adducti, regredi incipiunt, cum fluviò appropinquaſſent, & ſub ordinibus tranſire Vado anguſto, atquè aſpero non poſſent, neceſſariò turbant ordines. Quod coſpicatus Aſdrubal ſummâ alacritate eos agreſſus, pleroſquè fœdâ proſtravit Strage. Tribuni tres occubuere ex iis qui Ducem in primis ad prælium impulerant.

Scipio trecentos circitèr Equites, quos ſecum habuit, additiſque aliis quotcumquè cogere in unum potuit, in duas diviſit acies, eaſque in Hoſtem emiſit juſſas celeri curſu per vices jaculando incurrere, ut pars inceſſeret, pars regrederetur, & continuè, jaculandis miſſilibus, ſe ſe invicem quodam quaſi circulo commutarent; id cum illi aſſiduè ac ſinè intermiſſione feciſſent, Pœni in eos converſi in Scipionem ferebantur; ità abeuntes Romani minùs infeſto hoſte; Scipioneque jugitèr in eum adequitando dimicante traiicere flumen permiſſi. Intereà quatuor Romanorum Cohortes initio pugnæ per hoſtem à fluvio intercluſæ ad tumulum

lum quemdam confugerant, quem Aſdrubal obſidere cæpit. Scipio apertè oſtendit, priùſquam inciperent conſilio, & prudentiâ in illo ſuorum periculo, ſi boni, forteſquè eſſent manuum, atquè animi promptitudine eſſe opus, ipſe cum nonnullis delectis Equitibus, aut alacritèr rediturum in Caſtra, aut cum cæteris lœto animo occaſurum ſe pollicitus. Sumptis duorum dierum cibariis, cunctis de reditu ejus deſperantibus iter peregit. Cum ad tumulum perveniſſent, aſcenſum quemdam, qui tumulo præminebat, ſuperat curſu, ſicùt una dumtaxat Vallis intèr illum, & Hoſtes intercederet.

Tum verò Pœni obſeſſos acriùs urgere, ac prædicare neutiquàm à Scipione proptèr itineris difficultatem auxilium ſuis afferri poſſe. At Scipio radices utriuſquè tumuli, & interiacentem contemplatus Vallem, extemplò per eas in hoſtes fertur, qui ſtatim utrinque circumventi in fugam verterunt. Eos Scipio numero Militum haùd quaquam par (exiguas enim Equitum turmas eduxerat); liberè abire paſſus, obſeſſos in Caſtra incolumes reduxit; quem cæteri à longe venientem cum ſociis, prætèr ſpem, ſaluum adeſſe conſpicati clamoribus maximis, incentiquè lætitiâ excepere, non ſinè opinione faventis ei Numinis, à quo etiàm Scipioni majori Avo ejus futura ſæpenumero prænunciata eſſe, vulgo ferebantur.

Manilius in Caſtra Urbi proxima reversùs, multam comminatus eſt, ſi quis in recipiendis Copiis Scipioni dicto audiens non fuiſſet, ceterùm mærebat univerſus Exercitus, quod cæſi ad nepherim Tribuni, & Milites inſepulti jacerent.

Scipio captivum quemdam dimitti ad Aſdrubalem juſſit, qui juſta cadaveribus impetraret.

Aſdrubal perquiſita corpora, & ex anulis agnita (aureis enim Triboni, cæteri ferreis utebantur.) ſepulturæ tradidit; ſeù communem mortalitatis conditionem miſeratus, ſeù, quod Scipionem jàm tùm reveritus inire ab eo potiſſimùm optarit gratiam.

Intereà Senatus in Africam miſerat, qui diligentiſſimè omnia, quæ gererentur, cognoſcerent. Apud quos Manilius, cæterique prò ſe quiſque Duces Tribunique omni depoſitâ invidiâ Exercituſque omnis Scipioni ob res ab eo fortiſſimè, feliciſſimèquè geſtas, teſtimonium virtutis præbuit. Quæ cum legati Romam renunciaſſent, Senatum gaudio replevere.

Sed quià pluraque haùd ſanè proſperè in Africâ evenerant; placuit ad Maſiniſſam inviſendum Legatos mitti, qui illum hortarentur, & ad Bellum ſtrenuè in Carthaginenſes gerendum incitarent; Verùm ille proptereà, quod ſenio ac valetudine confectus jacebat, à Legatis adiri non potuit. Rogatu ejus Manilius Scipionem, quem inſtanti jam facto curatorem liberis dare præſentem cupiebat, ad Regem tranſmittit. Is poſt Maſiniſſæ mortem, compoſitis inter Regulos rebus familiaribus, cum rediret in Caſtra, Guluſſam Regis filium in ſocietatem Belli, ſecum duxit, cujus conſilio potiſſimùm Phaniæ inſidias, quibus Romanos aſſiduè infeſtos habebat, repreſſit. Contigit autem, ut Scipio, & Phanias per crepitu-

à Senatu, ut Phanias exciperetur, efficit. Manilius paulò poſt, & ipſe tradito Piſoni Imperio; cum præter res ſuperiùs expoſitas, Tenzagam quoquè Urbem cæſis duodecim millibus Afrorum, ſex millibus captis, expugnaſſet, atquè diripuiſſet, Romam ex Provinciâ deceſſit. Biennio poſt Scipio, diſpenſatione Populi, creatus Conſul, non enim per ætatem licebat, cum imperio ad Exercitum cum Phaniâ profectus eſt, Exercitus iterùm revertenti Scipioni occurrit, lætiſquè clamoribus Imperatorem excepit. Iſquè poſt dies duos, inſtructis Equitum Turmis, cæteriſquè Militibus, & Claſſe, Carthaginem terrâ, Mariquè circumvallat, Pœnoſque ferro, fameque obſidet. Tandèm Civitate captâ, & intromiſſis Copiis; Scipio altus ſedens, decretum Senatus aperiri Jubet, eoquè promulgato, in conſpectu Exercitus, Pœnorumque Ducum. Imperat. *Civitatem erui, omniaquè in ore gladii, & ignis immitti*. Deletâ Carthagine. Imperator ornatam Puppim auro ad Senatum mittit, quæ tanti Belli victoriam indicabat. Poſteà diviſis inter Milites manubiis cum exercitu Victor rediens, triumphavit; & nomen Africani decreto Senatus accepit; Qui deindè minor Africanus dictus eſt. Fuit autem hic Scipio filius naturalis Pauli Æmilii, & nepos ex filiâ Scipionis majoris Africani, qui etiam ab Avo adoptatus in Scipionum familiam, Scipio Æmilianus dictus eſt, & à Virtute Africanus minor, Poſt aliquot annos, L. Anicio Gallo, & M. Cornelio Cæthego Conſulibus. Scipio Pontifex Maximus creatus eſt.

Deindè Tiberio Gracco occiſo in concione à Publio Naſicâ, triduò poſt, ſuſpicabatur enim Scipionis minoris Conſilio Tiberium interfectum, qui majoris Africani ex filiâ nepos erat, quod Reipublicæ dominationem ambierat. Fuit autem Tiberius Graccus filius Gracchi Sembronii, cui Semproniæ Familiæ cognomen fuit, & in Hiſpaniam Proconſul miſſus, Celdiberos in deditionem accepit, Illurciamquè eorum Oppidum ſplendidiùs à ſe reſtitutum, ut geſtarum à ſe rerum memoria ſupereſſet de ſuo nomine Gracchurim appellavit, huic Uxor fuit Cornelia ex Scipionum familiâ inſigni, ut diximus, pudicitiâ, & eruditione mulier, ex quâ non ſolùm d. Tiberium ſed etiam Cajum Gracchos ſuſcepit generoſiſſimæ quidem Indolis Juvenes, eloquentiâquè in primis admirabiles, ſed ambitioſos, & gloriæ cupidos, cæterùm popularis auræ plus ſatis avidos; quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad Plebem ſe contulerint, cumquè Tiberius Tribunus Plebis eſſet, P. Mutio Scævolâ, & Gneo Calphurnio Piſone Conſulibus, & Plebiſcitum de agris deſignandis ferre vellet Publius Scævola in Conſilio fuit, ſed obſcuriùs non ut ſæditionem ſuſcitaturus, ſed legis æquitati Juveni aſſenſiens, atqui ex eâ re Civitate commotâ, convocato per P. Scævolam Senatu in Ædem Fideipublicæ, & interrogatis Patribus quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet? nam ea lex Agraria Patres ut divites offendebat. Tunc Patres Serapionem conſulentes, id ab eo reſponſum accepere; Se nec authorem inteſtini Belli fore, nec Civem Romanum in d. causâ necaturum; nec ſi quid per vim ad Populum Gracchus tuliſſet, prò lege habiturum.

Ex eò reſponſo, Civitate commotâ, P. Scipio Naſica, Iſqui Ideam Magnam Deorum Matrem hoſpitiò recepit, Gracchum interfecit; eumquè extemplo reum factum P. Mutius non modò defendit, ſed etiam ornavit, & jure optimo ſumpta eſſe à privato in Tribunum arma contendit, & ità majorem juſtitiæ, quàm fortitudinis ex eo negotio laudem reportavit.

Bienniò poſt Cajus Gracchus Tiberii Frater occiſus eſt, cum Montem Capitolinum occupaſſet à Conſule Opimio. vide *Plutarch.* in vitâ Gracchorum; eoquè occiſo, boniſque ejus publicatis, dotem Liciniæ Uxoris ejus ademptam fuiſſe traditur, quod non traditam, ſed confeſſatam tantùm probaſſet, juxtà ordinem *gloſſæ, & apoſtillæ in l. ſi quis poſtbat. Cod. de bonis proſcriptorum*.

Indè Clades Reipublicæ, Bellòrumquè civilium flammæ incendium attulere. Factum eſt autem poſt Caj necem, ut noctes atquè dies tumultus, cruentæquè Neces in Urbe fierent.

Deindè tanta crevit armorum vis, tantavè moriendi confuſio, quod plateæ omnes civili erant fœdatæ ſanguine. Nec deerant facinoroſi homines incendiarii, prædatores, ſacrilegi, & homicidæ, qui ſumptâ occaſione miſerrimorum Civium Ædes, Deorumquè Phana depeculabantur. Itaquè tanta impendebat Malorum Ilias, ut deſtituta penitùs Reſpublica videretur.

Eo tempore SULPITIUS COSSUS Q. *Cornelii filius vir* pace, belloquè clariſſimus Galliam Narbonenſem Romanorum *Provinciâ Proconſul* regebat, procintumquè habebat Exercitum pro finitimis bellis. Abſens, Dictator factus eſt à Senatu, literas accepit, ut Reipublicæ, tantis obrutæ calamitatibus, opem ferret.

COSSUS cum Exercitu Romam ſe recepit; Simulatquè intravit Curiam, *Præfectos* Vigilum, Decurioneſquè conſtituit; Urbemquè noctu, diuquè peragrans, ingendiarios, prædatoreſque nonnullos in carcere necavit; plerique ab Exercitu ſunt trucidati. Sicarii quoquè perterriti deponunt arma; Itaquè ceſſant incendia, ceſſantquè cædes, cæteraque facinora; & COSSUS tanti officii meritis *Populi* clamore *Patris Patriæ Nomen habere meruit*.

Sed paulò poſt tanti laboris anguſtiè adhuc Dictator improvisâ morte præventus, ſupremum diem egit.

PUBLIUS CORNELIUS COSSUS filius qui eo anno Prætextam depoſuerat apud Marcum Aquilium Avunculum educatus brevi legibus, & armis profecit, quod Domi, Militiæquè Reipublicæ plurimùm profuit.

Factus eſt autem, L. Caſſio, & Q. Fabio Longino Conſulibus, dictus COSSUS Prætor Urbanus; hujus *Præturæ* tempore; cum Licinia Virgo Veſtalis ſummo loco nata; Sanctiſsimo Sacerdotio prædita, Tito Flaminio, & Q. Metello Conſulibus, aram, & Ædiculam, & pulvinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet, eam rem ex authoritate Senatus ad Collegium *Pontificum* Sextus Julius *Prætor* rettulerat. Tùm *P.* Scævola *Pont.* Max. pro Collegio reſpondit; quod in loco publico Licinia injuſſu *Populi* dedicaſſet, ſacrum non videri eſſe. Senatus *PUBLIO* COSSO *Prætori* Urbano

ne,

negotium dedit, ut curaret, ne id Sacrum eſſet, & ut ſiquæ eſſent inciſæ, aut inſcriptæ literæ, tollerentur. Septennio poſt eodem P. CORNELIO COSSO, & Lucio Mummio Conſulibus, Senatus Legatos ad Corinthios mittit, qui de conjuratione cum Ætolis, & Achivis ſpecularentur, & Claſſem in Portu Schæno ad ægeum reciperent, quam adversùs Thraces paraverant.

Corinthii legatos externantes, ſordibuſquè perfuſos injurioſiùs appellarunt.

Quarè commoti Patres, cum anteà etiam creſcentem indies Urbis potentiam ſuſpectam haberent, Bellum illi inferendum cenſuerunt.

Miſſus itaque in Græciam Lucius Mummius, Corinthum obſedit, tandemquè captam, incendit, ſoloquè æquavit.

Hujus famoſæ Urbis caſum multis retro annis prædixit Periander Corinthius ex ſeptem Græciæ Sapientibus, quòd Athenienſium fœdera ſecundo, & tertio ludibrio reppulerat.

Erat autem Corinthus Æphira priùs nuncupata, Urbs celeberrima Achajæ in medio Iſthmi Peloponeſiaci ſita, ab Ortu Saronicum ab occaſu Criſſæum ſinum habens, qui & Corinthiacus dicitur, duobus inclyta Portubus, quorum Lechæus Jonio, Schænus Ægæo imminet mari; unde & bimarem Corinthum Poëtæ peculiari epitheto appellarunt. Ovid. 4. faſt.

Aridacumquè petens latè, bimaremquè Corinthum. Orat. lib. 1. carm. ode 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenem.
Aut Epheſum, bimariſuè Corinthi
Mænia.

Fertur autem Corynthus primo à Siſypho latrone Æoli filio condita fuiſſe, & Corcyra nominata, authore Strabone, poſteà Ephyrei. Gell. lib. 14. cap. 6. deindè everſa, & inſtaurata à Coryntho Marathonis, ſeu Pelopis, ut Suidæ placet, ſive, ut alii malunt, Oreſtis ſeù Jovis filio Corynthus appellata.

Habuit autem hæc Urbs Montem præruptum iiſdem mænibus concluſum, in quo Arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene, fons Muſis Sacer.

Hanc Urbem Cicero *prò lege Maniliâ* Græciæ totius lumen appellat. Eo enim potentiæ proptèr ſitus opportunitatem excrevit, ut viæ Romanæ Urbi concederet, tantumque in faſtum evaſit, ut Populi Romani Legatos injurioſiùs appellare; & ſi Straboni credimus, etiam Sordibus perfundere, non dubitaret, quâ re, ut dixi, commoti Patres cum etiam antè indies creſcentem ejus potentiam ſuſpectam haberent Bellum in eam inferendum exiſtimarunt, adeò ut vix ullum Corynthi veſtigium fuerit relictum. Quo incennio quantæ opes fuerint abſumptæ docet Florus his verbis.

Quid ſignorum, inquit, quid veſtium, quidvè tabularum raptum, incenſum, projectum eſt? Quantas opes victor, & abſtulerit, & cremaverit,

402

verit, hinc ſcias, quod quicquid Corynthii æris toto orbe laudatur incendio huic ſuperfuiſſe conſtet.

Nam & æris prætioſiorem notam ipſa opulentiſſima Urbis fecit injuria, quià incennio peruſtis plurimis ſtatuis, atque ſimulachris, æris, argenti, auriquè vena in commune fluxerunt.

Sed poſtquam Pelaſgi, omniſque Attica regio inditionem Populi Romani devenere, inſtaurata eſt iterùm Civitas. quod fuit poſt annos viginti à ſecundâ everſione, quam fecerat Lucius Mummius; Cujus Urbis tanta erat loci amenitas, Portuumque opportunitas, quod facta eſt Sedes Romani Magiſtratus Achajam adminiſtrantis.

Hanc eandem Provinciam Achajæ adminiſtravit, Eminentiſs. Domine, tuus Avus GNEUS CORNELIUS COSSUS, & Pylum, & Anthyam Peloponeſi Urbes, quæ à Romano Imperio deſciverant, ſub ditione redegit.

Fuit autem GNEUS COSSUS eâ tempeſtate in Republicâ Vir ſummæ authoritatis, ſingulari modeſtiâ, prudentiâ, & gravitate præditus, reiquè militaris peritus, adeò autem amans veritatis, ut ne joco quidem mentiretur; Cui quam benè ejus PRONEPOS, Princeps Eminentiſſime, ſe oſtendit ſimilem ſapientiſſimus ille Vir tuus Frater PHILIPPUS Targenſis Antiſtes, qui multis ab hinc annis vaſtiſſimam Beneventanam Diæceſim, uti Generalis Vicarius Sanctiſſimi Benedicti XIII., virtute ſingulari adminiſtravit; Cujus merita præſagus calamus, quæ nunc tancit, forſan ſcribere aliquo audebit tempore, utque cum Hetruſco dicam.

Forſe un dì ſia, che la preſaga penna
Oſi ſcriver di LUI quel, che or ne accenna.

Meliuſquè cum Neapolitano meo.

Ca ſi me vene netta nautro juorno,
Lo Nomme ſujo lavoro à meglio tuorno.

Reverſus Romam ſequenti anno Conſul deſignatus, Collegam habuit Cajum Caſſium Loncinum. Quo tempore Gætuli, qui ſunt in interioris Africæ Regione, Genus inſuperabile Bello, cum innumeris Copiis, nonnullis Numidiæ Urbibus depopulatis, ad Africam uſquè Carthaginenſem, perrexerant.

COSSUS itaquè Conſul in Africam profectus, peractis ſacris, è Siciliâ ſolvens, Uticam versùs navigare pergit. Quinqueremes quinquaginta, Sexquiremes centùm ducens; has onerariæ, & roſtratæ naves quamplurimæ ſequebantur, quæ quinquaginta millia peditum, Equitum quatuormillia exhabitis undecumquè delectibus ſecum vehebant.

Poſtquam Uticam, Claſſem Conſul appulit, egreſſus navibus; iterquè faciens, & finibus Zamæ appropinquaſſet, Hoſtis recenti milite adversùs ſæſſos longo itinere occurrit, nec ullâ quiete datâ laborem viæ prælium excepit.

Itaque principio pugnæ vigoris aliquid in corporibus animiſquè Hoſtium fuit, & turbaverant primò Romanos. Deindè æquatâ pauliſpèr pugnâ, cædes utrinque magna exoritur; Tunc COSSUS inſtructâ

Acie,

Acie, acriùs ad pugnam incenſus, & Conſulis maximi, & Ducis optimi, imò Militis fortiſſimi officio functus cum Getulis potentiſſimè Bello congreſſus, ſtrenuè pugnavit.

Deniquè poſt acerrimas, cruentaſquè pugnas apud Zamam Africæ Oppidum Jarbam Gætulorum Ducem ſingulari certamine occidit.

Mortuo Jarbâ, Gætuli barbarico more vociferantes, turbant ordines, itaquè nulla pars Exercitus alteri ſubvenire poterat. Tandèm prorsùs terga dederunt, & cum jam inſtitiſſent fugientibus victores, ad viginti quatuor millia Hoſtium ſunt cæſa; Capti mille quingenti ſeptuaginta, omnes fermè Equites, & ſigna militaria capta centùm ſexaginta quatuor.

Sedato prælio Tubicines Tribunorum juſſu receptui clangunt. Ex Romano Exercitu cecidere duomillia ſeptuaginta & tres, & ex his Tribuni quinquè, plerique gravi, lethalique vulnere percuſſi; COSSUS Victor Conſul juſta Cadaveribus Tribunorum funera perſolvit.

Poſt hæc ſeceſſit Uticam, in cujus Portu ſtabat Claſſis, curare Milites, vireſque reficere, ibique manubias intèr Milites diſtribuit.

Senatus cum primùm de victoriâ nuncios accepit, & literas; Gætuliæ Bellum inferendum cenſuit, & itâ Conſuli decreto reſcripſit, Exercituſque Imperium ad finem Belli Eidem prorogavit, aliaſquè quamplurimas onerarias, & roſtratas naves ad CONSULEM mittit, triginta millia peditum, Equitum ſex millia ſecum vehentes, omneſquè fermè Cives, omneſque Socii, veluti ad inſignem quamdam Militiam, & ſperatam Victoriam ultrò accedunt.

COSSUS Conſul acceptis literis, Decretum Senatus ad omnia conferens cum innumerabili Exercitu, & incomparabili Claſſe, Uticâ ſolvens, Libycum navigat Æquor.

Tùm omnes Tyriorum Urbes, & Syriæ Phenicis, quæ fuit ſplendidiſſima Tyriorum Colonia ultrò in deditionem accepit. Ad Gætuliam Urbem Regiam adventatus, Caſtra locavit, eamque biennio obſeſſam, expugnavit. Reliquæ Gætulæ Urbes Tyriorum exemplo CONSULI Victori in deditionem ſe ultrò dederunt.

Felix annus bellicis rebus, ſed peſtilentiæ gravis.

Poſt captam Gætuliam Conſul COSSUS in Regno permanſit, quo ſtabiliret Imperium.

Compoſitis rebus, ſe cum Exercitu Romam rettulit, cumque petiiſſet, bis devictas à ſe Gætulas Gentes, bis triumphandas ſibi decerni.

Senatus decrevit *IMPERATOREM COSSUM Albis Equis in Quadrigâ triumphari, & duabus Coronis de Gætulis ornari, ac Gætulici NOMEN habere; Mandavitque Q. Caſſio Tribuno Plebis, ut ex authoritate Patrum rogatione latâ Populus eo die triumphanti Imperium daret.*

Et ita, Eminentiſſime Princeps, tuus Inviâiſſimus Avus Coronatus intravit Romam.

Præibant triumphalem Currum opima Spolia occiſi Regis Jarbæ, & Gætulorum capti Regni. Sequebantur Coronæ Provinciarum, quas Africa

404

ca Imperatori dono dedit, & antè Ipſum triumphantem victi Hoſtes onerati colla catenis, & præeunte Senatu, Capitolium aſcendit ad Templum Jovis Optimi Maximi, ubi mactato tauro albo, TRIUMPHANS Gætulorum opima Spolia Jovi dicavit.

Populus univerſis ad omnia Deorum Templa cæſis Victimis, de Victoriis partis gratulabatur, & TRIUMPHANTI PALMAREM STATUAM in Senatu dicavit.

COSSUS Itaquè, Eminentiſſime Domine, primus Romæ Equis albis in Quadrigâ triumfavit.

Valerius Publicola, qui Junii Bruti in primo Conſulatu Collega fuit in Tarquinii Collatini locum ſuffectus, de Sabinis in Quadrigâ primus triumphavit, ſed non Equis albis.

Furius Camillus de Veiis triumphavit albis Equis, at poſteà illi crimini datum fuit, quod Equis albis triumphaſſet, & prædam iniquè diviſiſſet, undè ab Apulejo Tribuno Pleb. damnatus, Ardeam conceſſit.

Quinquennio poſt à triumpho Gætulici, Gnæus Domitius Tribunus Plebis, is qui cum Cajo Caſſio poſteà Conſul fuit, accuſavit Marcum Silanum, quòd injuſſu Populi bellum cum Cymbris Conſul geſſiſſet, cum in eo Bello graves calamitates ob eam cauſam acceptas eſſe diceret; quarè in Campum Martium tributis Comitiis habitis tabellam edidit, in quâ Silanus damnatus Tibur exulatum abiit.

Deindè Gnæo Domitio, *& Cajo Caſſio Conſulibus*, magna fuit in Republicâ perturbatio; *Minutia* Virgo Veſtalis propter ſuſpicionem ſtupri, viva defoſſa eſt. octavo ab Urbe lapide.

Marcus Acilius Tribunus Plebis, qui Minutiam iniquo decreto damnaverat, juſtâ Numinum irâ in ipſo Magiſtratus Imperio occiſus eſt.

Senatus in Conſulibus deſignandis ultro, citroquè diffuſus eſt.

Itaque innovatæ ſunt iterùm civiles contentiones, & vindictæ Graccanæ Cædis. Et cum turbatâ Republicâ, neque Conſulibus creatis, res ſæpè ad Interregnum rediiſſet.

Ipſe GNEUS COSSUS INTERREX ad extremum creatus authore Senatu conſtituendæ Civitatis, tumultuſquè ſedandi causâ, dedit operam, ut Cajus Menenius, & Q. Flaminius Conſules in ſequentem annum crearentur.

Creabatur enim Interrex, Princeps Eminentiſſime, cum nullus eſſet in Urbe Patricius Magiſtratus, & creabatur à Senatu, nec à Senatoribus cunctis, ſed à Patriciis tantùm, nec verò Interrex poterat eſſe, qui Patricius non eſſet, nec ultrà quinque dies durabat.

Biennio poſt Eodem COSSO GÆTULICO, & M. Cæcilio Metello Conſulibus; COSSO in ipſo Conſulatus imperio diem functo; Metello datus eſt collega M. Æmilius Scaurus. Senatus antè Aram Jovis Capitolini ſupremum diem tui Avi COSSI, Princeps Eminentiſſime, tanti Senatoris pro concione ornari voluit, & in conſpectu Populi triduo funerum Sollemnia celebravit.

Cajus Pannius Magiſter Funerum, Cenſorum juſſu, Libitinam ſollemni

ni pompâ extruxit, & ſpoliis, theſauriſquè è Faviſsâ eductis, Palmarem Statuam, quã Populus triunphanti COSSO dicarat, in TROPHÆUM ornavit, ut Eum Militaris, omniſquè Virtutis gloria perpetuò commendaret.

Sic itaque Hic Avus tuus, Eminentiſſime Domine, publicè ſepultus, & annuo Matronarum luctu honoratus eſt.

Cornelia ejus Conjux ſuperſtes prægnans, Virum ſuum perpetuò luxit.

Hic duas habuit Uxores, in primis nuptiis duxit Rutiliam P. Rutilii Rufi filiam; in ſecundis duxit Corneliam ex clariſſimâ Scipionum Familia, proneptem Corneliæ Graccorum Matris, nec ei diſſimilem. Illa eloquentiſſima, & Juris civilis doctiſſima; Iſta pariter eloquentiæ, & juris prudentiæ peritiſſima.

Ex Corneliâ GNEUS COSSUS filios duos genuit, Publium Cornelium, & Gneum poſthumum. Gneus Vir eloquentiſſimus, & ſcientiâ Juris civilis excellens, à Q. Mutio Augure Jus Civile didicerat; cumquè acutus eſſet, & exercitatus, promptam, & paratam in agendo, & reſpondendo celeritatem obtinuit, fuitque maximæ authoritatis apud Populum Romanùm, & res multas judicabat, tranſactionibuſquè ſeſe interponebat, & peritiſſimus exiſtimatus eſt; *Itaquè Domus ſua non ſolùm Oraculum ſempèr totius Civitatis fuit*, ut eam vult eſſe *Juriſconſulti* Cicero de orat. lib. 1., & ut ego in meis Additionibus criminalibus Operibus Praxi Torturæ Regii Conſiliarii Sanctæ Claræ Neap. Angeli Scialoyæ mei Avunculi præſtântiſſimi talem fuiſſe probavi Domum Sapientiſſimi mei Magiſtri Domni Joſephi Poſitani honore Ducis ac titulo decorati Regentis præclariſſimi apud Cæſarem, Invictiſsimum Carolum Sextum. *Sed Regnum quoddam Judiciale erat*; cujus gratiâ à petendo etiam Conſulatum abſtinuit. Religioni ſempèr ſuæ debitam fidem, & communi utilitati ſalubre conſilium reddidit.

Hunc tuum Aulum, Eminentiſsime Domine, & Catonem Cicero *in oratione prò Roſcio* magnis laudibus effert; fuiſſequè Juris Civilis omnium peritiſsimos. Virgilius quoquè de his 6. Æneidos.

Quis te, Magne Cato, tacitum, aut te, COSSE, relinquat?

PUBLIUS CORNELIUS COSSUS rei Militaris conſilio, & opere diſertiſſimus, & prò causâ Reipublicæ ſpectatæ Virtutis, factus eſt, Marco Minutio Ruſo, & Spurio Poſthumio Albino Conſulibus, Tribunus Militum Conſulari poteſtate.

Deindè, Cornelio Rufino Dictatore, Magiſter Equitum; poſteà cum Marius ad extremùm Conſul miſſus poſt Q. Merellum, contrà Jugurtham Numidiarum Regem. Aulum Manlium Torquatum, & Lucium Cornelium Syllàm Viros ampliſſimos delegiſſet; hunc Præfectum Equitum, illum Peditum PUBLIUS CORNELIUS COSSUS in Manlii locum ſuffectus cum Lucio Cornelio Syllâ æternam, atquè incredibilem amoris neceſſitudinem propinquitati conjunxit; cujus, ope, atque virtute Sylla Boccum Mauritaniæ Regem, qui Jugurthæ Socero ſuo ſuppetias tule-

706

tulerat, in amicitiam, atquè ſocietatem Populi Romani cohibuit; & Jugurtham Regem vinctum ad Conſulem duxit, quem in triumpho Conſul captum antè Currum egit.

Per id tempus adverſum Gallos à Ducibus Romanis Q. Cæpione, e M. Mallio male pugnatum eſt, quo metu Italia omnis contremuerat; illiquè & omnes uſque ad eam memoriam Romani ſic habuere alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe, cum Gallis prò ſalute, non prò gloriâ pugnare.

Sed poſtquam Bellum in Numidiâ confectum, & Jugurtham Romam vinctum adduci nunciatum eſt; Marius Conſul abſens, factus eſt, & ei decreta Provincia Gallia. Iſquè Klendis Januariis magnâ gloriâ Conſul triumfavit; ex eâ tempeſtate ſpes atquè opes Civitatis in illo ſitæ.

Paucis ab hinc annis ortâ intèr Marium, & Syllam diſcordiâ, poſt Sextum Marii Conſulatum; Cum Sylla depulſis, prorſtatiſque inimicorum partibus, Rempublicam occupaſſet. Senatumquè armatus coegiſſet; ut quam celerrimè Senatus Cajum Marium hoſtem Patriæ judicaret, nec quiſquam Senatorum voluntati ejus reſiſtere auderet. Solus Q. Mutius Augur Scævola de re interrogatus, dicere ſententiam noluit, quin etiam truculentiùs ſibi minitante Syllâ. *Licèt, inquit, agmina Militum, quibus Curiam circumſediſti, mihi obſtentes, licèt mortem identidèm miniteris, nunquàm tamèn efficies, ut proptèr exiguum, ſenilemquè meum Sanguinem Reipu. Hoſtem Marium judicem, à quo Urbs, & Italia conſervata eſt.*

At Marius fugiens perſecutionem Syllæ, Minturnis in Palude delituit; inventus, & in carcerem conjectus; indè ad patibulum ductus, Minturnenſibus, elatâ voce, juſſit *ne Marium attingere auderent*. Illi dùm tantum Virum intelligerent, ſed inimicum Syllæ, abſtinuerunt à cæde. Marius autèm iterùm in carcerem conjectus, immiſſum percuſſorem Gallum vultus authoritate deterruit, acceptâquè naviculâ in Africam trajecit.

Profectò deindè Syllâ Conſule ad Bellum contrà Mitridatem Regem Ponti, & cum eo Publius COSSUS Præfectus Equitum, Cynna denominatione factâ, Marium in Urbem revocat, qui cæſis inimicis ſeptimo Conſulatu functus, voluntariâ morte deceſſit.

Mox Cynna Collegam ſibi in Conſulatu Carbonem legit, coëgitque Senatum, Syllam Hoſtem Reipublicæ, atquè Rebellem decerni; Solus Cicero quantùm potuit prò Syllâ orabat.

Publicato itaquè Syllâ, bona ejus confiſcata ſunt, ædeſque demolitæ. Uxor ejus, & filii Patriâ extorres, nuncios mittunt ad Syllam. Cynna quam celerrimè delectum per Italiam fieri curat. Sylla, nunciatis his, quæ Romæ patrata ſunt, compoſitis cum Rege bellicis rebus, primùm intèr milites prædam omnem, & manubias diſtribuit; deindè orationem habuit militarem, gloriam, & fortitudinem Commilitonum commendans, quorum virtute Mitridatem acerrimum, ac formidabilem Populi Romani hoſtem compeſcuit; nuncios deindè acciri juſſit, qui truculenta Cynnæ facinora referentes, animos & corda Militum contrà

Cyn-

Cynnam, & Marianas partes ad cruentam vindictam incendunt. Itaquè omnis Exercitus unanimi indignatione, atquè furore ad cædes fertur. Cynna delectum agere per Italiam, Exercitumquè parare non deſtitit; ejus tamèn immanitate indignati Milites, lapidibus eum obruere. Intereà Senatus imminentis Reipublicæ Cladis perterritus, legatos mittit ad Syllam. Civis, an Hoſtis Patriæ, & Oppugnator veniat? Civis, inquit, Romanus, & Conſul Sylla venit, ſed Hoſtium Hoſtis.

Itaquè Victor Sylla, pacatis cum Rege rebus, cum Exercitu Romam venit, & inimicos oppreſſit. Tandèm vi armorum potitus Imperio, perpetuuſque Dictator effectus; ità Rempublicam oppreſſit, ut nemo illo invito, nec bona, nec Patriam, nec vitam retinere poſſet. Poſtremò Republicà conſtitutà, Dictaturam depoſuit, & Cumas conceſſit, quæ Civitas plurimùm ſibi in deliciis erat; Eumquè ſecutus eſt Fidelis COSSUS.

Intereà Marius, Caj Marii filius, Marianas Patris ſui partes proſequens Q. Mutium Scævolam cum prò Syllà ſenſiſſe crederetur, Marianiquè Vrbem invaſiſſent, ſub ſpecie habendi Senatus, inſtigante ipſo Mario filio tùm Conſule; Damaſippi Prætoris juſſu omnis nobilitas convenit; Obſeſsàquè Curià, ſic de Senatu, quaſi de carcere, qui jugularentur educti, Tum Scævola fugiens, & Veſtales amplexus Aras ad Marii funus in Curià Hoſtilià à Cajo Fimbrià trucidatus eſt, itaut ſanguine ſuo Sacrarium, & ſimulacrum Veſtæ reſpergeret; quem cum ex vulnere aliquantiſpèr recreatum Fimbria, ac poſſe vivere, conſpexiſſet, adjecit ſcæleri ludibrium. Scævolam enim apud Populum accuſare inſtitit, eiquè diem dixit. Interrogatus deindè, quid de eo ſecùs dicturus eſſet, cui prò ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet? Ille, ut erat inſaniſſimus, atquè furioſus, reſpondit, ſe objecturum illi, quod parciùs, nequè totum corpore telum recepiſſet; Attamèn Scævola obiit, Corpuſque indè in Tyberim projectum eſt.

Hunc, Vir optimus, temperantiæ, ac prudentiæ ſpecimen infeliciſſimum exitum fortunæ injurià eſt perpeſſus. Mors ejus tantùm potuit, ut omnes Cives ſuos perdiderit, quos quia ſervare per compoſitionem volebat, is ab ejs interemptus eſt.

Sylla autem Cumis paucos annos placidam vitam agens, in morbum incidit, & diem clauſit extremum. Morienſquè præcepit, cadaver portari Romam, ibique cremari, quod ita factum eſt; Nàm omnis Reſpublica Senatorii, & Equeſtris Ordinis, Omnes Magiſtratus, omniſquè Militia, & Veſtales omnes corpus Syllæ in æburneâ conditum lecticà per Italiam bajulantes Romam ſollemni funere duxerunt, & antè Aram Jovis Capitolini, Pyræ cadavere ſuperpoſito, CORNELIUS COSSUS, non quia Syllæ propinquior erat, ſed quia moriens Sylla juſſit, averſus rogo, facem accenſam intulit, & cineres in aureo vaſe condidit. Populus Romanus æneam Statuam in Senatu erexit, & dies feſtos in memoriam Syllæ anniverſarià celebratione ſacravit, memor quod Majeſtatem Imperii libentèr depoſuiſſet, & libertatem Patriæ magis, quàm dominationem concupiſſet.

Nequè quiſquam, Eminentiſſime Princeps, in Cornelià Gente antè Syllam Dictatorem traditur in Urbe crematus, ut Cicero lib. 2. *de legibus* ſcribit.

P. Cornelium Africanum ſepultum eſſe. Lucium Cornelium Syllam primum è Corneliis cremari voluiſſe, quod quidem lege XII. Tab. vetitum erat, Juxtà illud

In Urbe ne ſepelito, neve urito.

His itaque Romæ geſtis COSSUS Cumas rediens omnes Syllanas opes, & hortos omnes, quos vivens Sylla Puteolis, & in vicinis Inſulis tenebat, dono habuit, qui cum amenitate loci delectaretur, Cumis permanſit. & vicinas quandoquè Inſulas habitavit, ubiquè ſenio provectior vitam egit.

Filii ejus AULUS COSSUS, & GNEUS COSSUS ampliſſimi Viri, & rei militaris peritiſſimi quandoquè Romam, quandoquè Cumas habitarunt. Profectus deindè L. Lucullus Conſul in Majorem Armeniam, AULUM COSSUM ſecum duxit, Eiquà curam omnis Militiæ dedit, & Principem Exercitus conſtituit, cujus ope, atquè virtute Armeniam, atquè Meſopotamiam obtinuit, dequè His triumphavit. Et PRIMUS IMPERATOR cognominatus eſt, quod fuit anno ſeptuageſimo quinto antè Chriſtum natum.

Idem AULUS COSSVS ſub Metello Conſule Tribunus militum Inſulam Cretenſem debellavit.

Poſt dominationem Syllæ anno ſexageſimo antè Chriſtum natum, plerique Syllani Milites largiùs ſuo uſi rapinarum, & Victoriæ veteris memores, civile Bellum exoptabant. Tum Lucius Sergius Catilina opprimendæ Reipublicæ conſilium cepit. In Italiâ nullus Exercitus arat, tutæ, tranquillæquè res omnes arant, ea prorsùs opportuna Catilinæ videbantur. Igitur circitèr Calendas Januarias, Lucio Caſare, & Cajo Figulo Conſulibus, Primò ſingulos appellare, hortari alios, alios tentare opes ſuas imparatam Rempublicam magna præmia conjurationis edocere, ubi ſatis explorata ſunt, quæ voluit, in unum omnes convocat, quibus maxima neceſſitudo, & plurimum audaciæ inerat. eo convenere Senatorii Ordinis. P. Lentulus Sura. P. Antonius. Lucius Caſſius Loncinus C. Cethegus. P. Servius, Syllæ Servi filius. L. Varguntejus. Q. Antonius. M. Portius Lecca. L. Beſtia. Q. Curius.

Præthereà ex Equeſtri ordine M. Fulvius Nobilior L. Statilius. P. Gabinius Capito. C. Cornelius ad hoc multi ex Colonis, & municipiis, qui domi, & Militiæ nobiles erant, prætereà complures paulò occultiùs hujuſcemodi participes Nobiles, quos magis ſpes dominationis hortabatur, quàm inopia, aut aliqua neceſſitudo. Hi omnes Catilinæ inceptis favebant.

Deindè Lucio Tullio, & Marco Lepido Conſulibus. Publius Antonius, & Publius Sylla deſignati Conſules, legibus ambitus interrogati, pœnas dederant.

Poſt paulò Catilina repetundarum pecuniarum reus prohibitus erat Conſulatum petere, quod intrà legitimos dies profiteri nequiverit. Poſteà Comitiis habitis, Conſules declarantur Marcus Tullius, & Cajus Antonius, quod factum primò populares conjurationes concuſſerat; nequè tamèn Catilinæ furor minuebatur, ſed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam ſuam, aut amicorum fide ſuptam mutuò.

His rebus comparatis, Catilina nihilominùs in proximum annum Con-

Conſulatum petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, Conſul facile ſe ex voluntate Antonio uſurum; nequè intereà quietus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni.

Poſtquàm dies Comitiorum advenit, & Catilinæ, nequè petitiones, nequè inſidiæ, quas Conſuli fecerat, proſperè ceſſere; conſtituit Bellum facere, & extrema omnia experiri, quoniam quæ occultè tentaverat, aſpera, fœdaquè evenerant.

Igitùr Cajum Mallium Feſulas, atquè in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam Camertum in agrum Picenum, Cajum Julium in Apuliâ miſit; præterea alium aliò, quem ubiquè opportunum ſibi fore credebat.

Intereà Romæ multa ſimùl moliri, Conſuli inſidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obſidere, ipſe cum telo eſſe, itèm alios jubere, hortari, uti ſempèr intenti, paratique eſſent, dies, noctesquè feſtinare, vigilare, nequè in ſomnis, neque labore fatigari. Poſtremò rursùs intempeſtâ nocte conjurationis Principes convocat per M. Portium Leccam, ibiquè multa de ignaviâ eorum conqueſtus, docet ſe C. Mallium ad eam multitudinem præmiſiſſe, quam ad capienda arma paraverat; itèm alios in alia loca opportuna, qui initium Belli facerent, ſequè ad Exercitum proficiſci cupere, ſi priùs Ciceronem oppreſſiſſet, eum conſiliis ſuis multùm officere.

Igitùr perterritis, ac dubitantibus cæteris C. Cornelius Eques Romanus operam ſuam pollicitus, & cum eo Luc. Varguntejus Senator, conſtituere eâ nocte paulò poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, ac de improviſo domi ſuæ imparatum confodere. Quintus Curius, ubi intelligit, quantùm periculum Conſuli impendeat, properè per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat; ità illi Januâ prohibiti, tantum facinus fruſtrà ſuſceperant; ea cum Ciceroni nunciarentur, ancipiti malo permotus, quod nequè Urbem ab inſidiis privato conſilio longiùs tueri poterat, nequè Exercitus Mallii, quantus, aut quo conſilio foret, ſatis compertum habebat; rem ad Senatum refert, jam anteà Vulgi rumoribus agitatam. Itaquè Senatus decrevit, ut darent operam Conſules, ne quid Reipublicæ detrimenti caperet, ea poteſtas per Senatum more romano Magiſtratui maxima permittebatur, Exercitum parare, Bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios, atquè Cives Domi, Militiæquè, Imperium, atquè Judicium ſummum habere; alitèr ſinè Juſſu Populi nulli earum rerum Conſuli Jus erat.

Igitur Senati decreto Quintus Martius Rex Feſulas Q. Metellus Creticus in Apuliam. Sed Prætores Q. Pompejus Ruffus Capuam; Q. Metellus Celer in agrum Picenum miſſi ſunt; ad hoc ſi quis indicaſſet de conjuratione, quæ contrà Rempublicam facta erat, præmia decrevere, ſervo, libertatem, & centùm ſeſtertia, libero impunitatem ejus rei, & ſeſtertia ducenta millia; Romæ per totam Urbem crebræ vigiliæ haberentur, hiſquè minores Magiſtratus præeſſent.

Quibus rebus permota Civitas, atquè immutata Urbis facies erat, ex ſummâ lætitiâ, atquè laſciviâ, quæ diuturna quies pepererat, repentè omnis triſtitia invaſit. Catilina ubi multa ſecum ipſe volvens, quod nequè inſidiæ Conſuli procedebant, & ab incendio intelligebat, Urbem vigiliis eſſe munitam, optimum factu credens Exercitum augere, ac

priùſquam legiones ſcriberentur, multa antè capere, quæ Bello uſui forent. Nocte intempeſtâ cum paucis in Malliana Caſtra profectus eſt, ſed Cethego, atque Lentulo, cæteriſquè, quorum agnoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus poſſent opes factionis confirment, inſidias Conſuli maturent, cædem, incendia, aliaquè Belli facinora parent, ſe propediè̀m cum magno Exercitu ad Vrbem acceſſurum.

Hæc ubi Romæ comperta ſunt, Senatus Catilinam, & Mallium Hoſtes judicat; cæteræ multitudini diem ſtatuit, antequam ſinè fraude liceret ab armis diſcedere, præterquam rerum capitalium condemnatis. Prætereà decernit, uti Conſules delectum habeant. Antonius Catilinam cum Exercitu perſequi maturet; Cicero Vrbi præſidio ſit; at Cicero anxius erat, dubitans in maximo ſcælere tantis civibus depræhenſis, quid facto opus eſſet, pœnam illorum ſibi oneri impunitatem perdendæ Reipublicæ fore credebat. Igitur confirmato animo vocari ad ſe jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, itemque Ceparium Terracinenſem, qui in Apuliam ad confirmanda ſervitia proficiſci parabat. Cæteri ſinè morâ veniunt. Ceparius paulò antè domo egreſſus cognito inditio ex Vrbe profugerat. Conſul Lentulum, quòd Prætor erat, ipſe manutenens in Senatum perducit, reliquos cum Cuſtodibus in Ædem Concordiæ venire jubet, eò Senatum advocat, magnâquè frequentiâ ejus ordinis. Senatus decrevit, uti abdicatus Magiſtratus Lentulus, itemquè cæteri in liberis cuſtodiis haberentur. Itaquè Lentulus P. Lentulo Spinteri, qui tùm Ædilis erat. Cethegus Q. Cornificio. Statilius C. Cæſari. Gabinius M. Craſſo. Cæparius Gneo Terentio Senatori traduntur.

Intereà Plebs, conjuratione patefactâ, quæ primò cupida novarum rerum, nimis Bello favebat, mutatâ mente Catilinæ Conſilia execrari, Ciceronem ad Cœlum tollere, veluti ex ſervitute ereptâ, gaudium, atquè lætitiam agitabat.

Erat locus in Carcere, quod Tullianum appellabatur XII. pedes humi depreſſus, atquè inſupèr camera lapideis fornicibus juncta, ſed inculta tenebris, odore fæda, atquè terribilis; in eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus, Judices rerum Capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere, ita ille Patricius ex Gente clariſſimâ Corneliorum, qui Conſulare Imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factiſque ſuis ex tium vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Ceparìo eodem modo ſupplicium ſumptum eſt.

Dùm ea Romæ geruntur Catilina ex omni copiâ, quam, & ipſe habuerat, & Mallius adduxerat duas legiones inſtituit, Cohortes prò numero militum complet. Sed poſtquam nuncius in Caſtra pervenit, Romæ conjuratione patefactâ de Lentulo, & Cethego, cæteriſquè, quos ſuprà nominavimus, ſupplicium ſumptum eſſe, pleriquè, quos ad Bellum ſpes rapinarum, aut novarum rerum ſtudium illexerat, dilabuntur, reliquos Catilina per montes aſperos magnis itineribus in agrum Pſtorienſem adducit, eo conſilio uti per tramites in Galliam Tranſalpinam occultè perfugerent.

At Q. Metellus Celer cum tribus Legionibus in agro Piceno præſidebat ex difficultate rerum eadem illa ex[i]timans.

Igitur ubi iter ejus ex profugis cognovit, Caſtra properè movit, ac ſub

ſub ipſis radicibus Montium conſedit, quà illi deſcenſus erat in Galliam properanti, nequè tamèn Antonius procùl aberat.

Sed Catilina poſtquam videt Montibus, atquè Copiis Hoſtium ſe clauſum, in Urbe res adverſas, nequè fugæ, nequè præſidii ullam ſpem, optimum facturus in tali re fortunam Belli tentare; Statuit cum Antonio quamprimùm confligere. Itaquè, concione advocatâ, Commilitones admonet, & ad prælium viriliter hortatur, deindè paululùm commoratus, ſigna canere jubet, atquè inſtructos ordines in locum æquum deducit, deindè remotis omnium equis, quo militibus exequato periculo animus amplior eſſet, Ipſe pedes Exercitum pro loco, atque Copiis inſtruit; dubitantem confirmavit, ſperantem certificavit, audaci audaciam, & ſua forti facta recordatus, majora alio munera, majoreſque honores alio promiſit.

Confortò il dubio, e confermò chi ſpera,
Ed all' audace rammentò i ſuoi vanti,
E le ſue pruove al forte, à chi maggiori
Gli ſtipendj promiſe, à chi gli onori.

Cajum Mallium in dexterâ, Feſulanum quemdam in ſiniſtrâ parte curare jubet. Ipſe cum Libertis, & Colonis propè Aquilam adſiſtit; quam bello Cymbrico Cajus Marius in Exercitu habuiſſe dicebatur.

At ex alterâ parte C. Antonius pedibùs æger, quod prælio adeſſe nequibat M. Petrejo Legato Exercitum permittit; Itaquè, omnibus rebus exploratis, Petrejus tubâ ſignum dat; Cohortes paulatim incedere jubet, idem facit Hoſtium Exercitus.

Poſtquàm eo ventum eſt, undè à Ferentariis prælium committi poſſet, maximo clamore cum infeſtis Signis concurrunt, & maximâ vi certatur.

Intereà Catilina cum expeditis in primâ acie verſari, laborantibus ſuccurrere, omnia providere, multùm ipſe pugnare, ſæpè Hoſtem ferire, ſtrenui Militis, & boni Imperatoris officia ſimùl exequebatur. Petrejus ubi videt Catilinam contrà, ac ratus erat magnâ vi contendere, Cohortem prætoriam in medios Hoſtes inducit, eoſquè perturbatos, atquè alios alibi reſiſtentes interficit; deindè utrique ex lateribus cæteros aggreditur. Mallius, & Feſulanus inprimis pugnantes cadunt.

Poſtquàm fuſas Copias, ſequè cum paucis relictum videt Catilina, memor generis, atquè priſtinæ Dignitatis ſuæ, inter confortiſſimos Hoſtes incurrit, ibique pugnans confoditur.

Sed confecto Prælio, tùm verò cernebatur, quanta audacia, quantaque animi vis fuiſſet in Exercitu Catilinæ; nàm ferè quem quiſquè pugnando vivus locum cæperat, eum, amiſsâ animâ, corpore tegebat. Catilina verò longè à ſuis intèr Hoſtium cadavera repertus eſt, paululùm etiam ſpirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus in Vultu retinens.

Fuit autem Lucius Sergius Catilina nobili genere natus magnâ vi animi, & corporis, ſed ingenio malo, pravoque, cui ab adoleſcentiâ bella inteſtina, cædes, rapinæ, civilis diſcordia grata fuere. Sed ex aliis rebus, magis quam, quod cuiquam id foret compertum, hæc fama valebat.

Jam primùm Catilina adoleſcens multa nefanda ſtupra fecerat cum Virgine nobili, cum Sacerdote Deæ Veſtæ, aliaquè hujuſmodi contrà Jus, faſquè; Poſtremò captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cujus prætèr formam, nihil unquàm laudavit bonus: quod eâ nubere illi dubitabat, timens Pri-

vi-

vignum adultum ætate, pro certo credebatur, necato filio, vacuâm Domum ſceleſtis nuptiis feciſſe; quæ quidem res omnibus in primis videbatur cauſa facinoris maturandi. Namque animus impurus Diis, Hominibuſquè infeſtus, nequè vigiliis, nequè quietibus ſedari poterat; ita conſcientia mentem excitam vexabat.

Poſt annos duos, quinquageſimo octavo, ſcilicèt antè Chriſtum natum, Pompejus, ſubactâ Aſiâ, ab Exercitu Syllæ Magnus ſalutatus eſt. Dein ſucceſſor Lucio Lucullo miſſus, de Mitridate Rege Ponti glorioſum Romæ biduò triumphum egit. Tigranem Armeniæ Regem ei ad genua procumbentem in Regnum reſtituit. Indè Iberos, Albanos, Judeos debellavit, capto eorum Rege Ariſtobulo.

Extinctâ Uxore Juliâ Cæſaris filiâ; Corneliam Scipionis filiam uxorem duxit Pompejus; quæ res haud parùm turbarunt Cæſarem. Verebatur enim Pompejum Imperio ſuo, quod ambibat, impedimento fore, undè ab illâ die quæſierat eum de medio tollere.

Itaquè ortâ contentione intèr Pompejum, & Cæſarem, Pompejus in Pharſalicâ pugnâ à Cæſare Copiis, longè inferiore, ſuperatus eſt, & in Ægiptum fugiens, Ptolomei Regis perfidiâ ab Achillâ Præfecto interfectus eſt; Caputquè ejus Cæſari dono datum eſt.

Poſt mortem Pompei; Cæſar Republicâ potitus, totius Imperii Monarchiam obtinuit; Itaquè coacto Senatu, Imperator creatus eſt, perpetuuſquè Dictator, cumquè imperâſſet annos quatuor, & menſes ſex, ætatis ſuæ annorum quinquaginta ſex. Idibus Martiis à Cajo Caſſio, & Marco Bruto XXIII. vulneribus confoſſus, in Curiâ Pompei cecidit; in cujus demortui locum P. Cornelius Dolabella Conſul ſuffectus eſt. Tùm M. Antonius, & M. Lepidus Principes Exercitus Cæſariani, Octavium Caj Octavii filium, & Cæſaris ex ſorore nepotem, & adoptatum, qui tùm Brunduſii erat, acciri jubent; Ii cum ſimùl eſſent, coacto Senatu, armatis Militibus creati ſunt Triumviri. Sub quibus per XII. annos mirum in modum Reſpublica Romana conquaſſata eſt.

Hi poſtquàm de Cæſaris nece cruentiſſimam egere vindictam, & quamplures clariſſimos Cives Senatorii, & Equeſtris ordinis damnatos, confiſcatis bonis, impiiſſimè necavere, intèr quos fuit Cicero, qui propè Capuam à P. Lenâ in lecticâ occiſus. Caput ejus amputatum ad Antonium allatum eſt, quod primùm in menſâ intèr epulas haberi voluit, deindè in forum publicum afferri juſſit. Tale fuit tanti, glorioſique Viri Romanæ eloquentiæ Principis miſerabile Vitæ exitium, qui Conſulare Imperium Romæ tantâ Majeſtate, & prudentiâ habuerat.

Scripſerat enim contrà Antonium, ſicut Demoſthenes contrà Philippum Macedonum Regem, philippicas Satyras. Illud etiam Lucii Oſtii nefarium impietatis ſcælus, qui Patrem ſuum proſcriptum, quem Triumviri ad ſupplicium perquirebant, prodidit, ut ejus bona acciperet. Triumviri deindè Monarchiam Populi Romani intèr ſe diviſerunt. Aulo Hircio, & Cajo Vibio Panſâ Conſulibus. His Conſulibus dein ad Mutinam occiſis, occupatoquè omni Exercitu, antè legitimam ætatem per vim, adacto Senatu, Cajus Cæſar Octavianus, ſe cum Q. Pedio Conſulem ad decimum diem calendis Octobris conſtituit; tùm M. Antonio, & M. Lepido extinctis, Cæſar Octavianus ſolus rerum omnium potitus, factus eſt Mundi Domi-

mi-

minus, & Auguſtus à Senatu dictus. anno quadrageſimo ſecundo antè Chriſtum natum.

Quo tempore Sibylla Tiburtina vigebat in Italiâ. Fuit autem in Imperio Octavianus Auguſtus annis quinquaginta ſex, & menſibus ſeptem. Eo tempore Tiberius Nero, & Druſus frater poſt devictos Pandonios, & Armenos, Germanos quoquè intèr Alpes, & Rhenum amnem debellarunt, dequè his triumpharunt.

Poſt hæc Templum Jani tertio clauditur, ob univerſalem Mundi pacem. Tùm Auguſtus mandavit Ædictum, ut deſcriberetur totus Orbis, ad quod peragendum Quitinus primò miſſus eſt in Judeam, anno quadrageſimo ſecundo Imperii Auguſti C. Lentulo, & M. Meſſalâ Conſulibus.

His Conſulibus ſeptimo calendas januarias DEI FILIUS JESUS CHRISTUS ſalutis noſtræ Princeps, & Auctor de Virgine MARIA naſcitur in Bethlem Civitate Judæ, undè Chriſtianorum anni dicuntur principium ſeſtæ Mundi Ætatis.

Poſt C. Julii Cæſaris necem AULUS COSSUS, qui ſub Lucullo, & Metello pugnavit in conflictu vindictæ Cæſarianæ cædis traditur interemptus. GNEUS FRATER Puteolis ſenio confectus, diem clauſit extremum. PUBLIUS CORNELIUS Gnei filius Vir doctiſſimus, & ſcientiæ Juris excellens. Romæ Præturam geſſit trigeſimo quarto anno Imperii Auguſti; Q. Ælio Tuberone, & Paulo Fabio Maximo Conſulibus; Poſteà quadrageſimo quarto anno Imperii Auguſti, qui fuit ſecundus poſt Chriſtum natum Idem COSSUS, & L. Calphurnius Piſo, Conſules fuere. IS COSSUS ob matrem Lentulam COSSUS CORNELIUS LENTULUS fuit cognominatus; Mortuo P. COSSO Q. CORNELIUS filius Juris peritus fuit, & in diſciplinâ militari primum locum obtinebat; itaut, mortuo Auguſto, anno decimo ſexto poſt Chriſtum natum, Claudius Tiberius Cæſar, qui Auguſto in Imperio ſucceſſit, COSSUM nondum Prætorium ſummo honore, atquè familiaritate habuit, ſed cum per ætatem liceret, eum cum M. Aſinio Agrippâ Conſulem conſtituit.

Anno vigeſimo ſeptimo poſt Chriſtum natum Pilatus Pontius Præſes in Judeam ab eodem Imperatore mittitur, & flagitans à Jeſu Nazareno. *Quid eſt veritas?*

Ex eiſdem verbis ſuis reſponſum habuit, quia illa anagramma puriſſimum continent; ſcilicet.

Eſt Vir qui adeſt.

Deindè C. Rubellio, & C. Fuſio Conſulibus, ad VIII. calendas Aprilis Idem DEI FILIUS JESUS CHRISTUS Dominus Deus, Salvator noſter, ac Redemptor Cruci affigitur propter nos homines, & propter noſtram ſalutē.

Eodem Imperatore, Stefanus Diaconus primus Martyr intèr Chriſtianos poſt Paſſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti lapidatus eſt à Judeis, & Protomartyr ab Eccleſiâ ſanctificatus.

Cujus eſt italicum Programma

Stefano Protomartire.

Anagramma puriſſimum.

Santo morto fra pietre.

Poſteà Tiberius Cæſar cum imperaſſet annos viginti duos, cupiens Romanis reſtituere libertatem, relictâ Româ, ſeceſſit in Villam Luculli

im-

in Campaniâ, ibiquè diem clauſit extremum.

Anno trigeſimo octavo poſt Chriſtum natum Ca. Cæſar Caligula in Imperium aſſumptus eſt; Deindè poſt annos tres, & menſes decem, dieſquè octo Imperii ſui, occiſus eſt à Chereâ ejus familiari; hic Anphitheatrum extruendum ordinavit.

Quadrageſimo ſecundo anno poſt Chriſtum natum Claudius Druſus Cæſar Auguſtus Quintus Romanorum Imperator, imperat annos treſdecim, menſes novem; & dies decem, & novem. Is magno comparato Exercitu, & incomparabili Claſſe Q. CORNELIUM COSSUM Virum ampliſſimum ſecum duxit, totius Militiæ Præfectum, CUJUS Virtute Cæſar Brittaniam, Eminentiſſimæ Domine, in deditionem accepit, & Orcadas Inſulas Romano adjecit Imperio.

Poſtremò ab Agrippinâ Vxore venenato boleto ſublatus eſt.

Eo Imperatore Petrus Galileus Princeps Apoſtolorum, relictâ Antiochiâ, ubi primùm Pontificatus Sedem tenuir annos XXIIII., menſes quinque, & dies duodecim, venit Romam, ibiquè tanquàm verus Jeſu Chriſti Vicarius perpetuum fundavit Pontificatum.

Poſt mortem Claudii Domitius Nero Domitii Æneobarbi, & Agrippinæ filius Claudii Cæſaris privignus, & in Claudiam Gentem adoptatus, peſtis humani generis, Agrippinæ Matris induſtriâ in Imperium aſſumptus, tanta, & impia inhumanitatis ſuæ facinora alia ſuper alia eſt auſus, ut impietatis ſuæ dignas pœnas luere mereretur.

Tùm COSSVS nefarium peroſus Imperium, Puteolos rediit, indè Neapolim, ibiquè ſenio confectus Virtutis exempla. Poſteritati ſuæ reliquit, ne ſolâ Avorum gloriâ niteretur, ſed ut Poſteris, qui plurimi, & clariſſimi extitere, hâc verâ humani animi laude præluceret. Filii quoquè ejus honoratiſſimam Patris, Avorumquè Imagines ſectati, Religionis, fortitudinis, & dignitatis futurum indicium Poſteris, qui ſub noſtris Regibus clariſſimi Duces COSSEÆ Genti perpetuum gloriæ conſtituere ſtabilimentum, & uſquè ad Altiſſimam Pontificatus Dignitatem præluxere; ut fuit Maximus ille Vir, *cujus etiam Nomen in tuo Fratre Baldaſſare Coſcia Paduli Duce*, Eminentiſſime Domine, *Majores tui conſervare nituntur*, Nominatus poſteà Joannes XXIII., Ac quoquè intèr clariſſimas Sèdilis Nidi Proſapias priſcæ nobilitatis ſervetur Origo, ſicut habet in Nobilitate Civitatis Beneventi tua Domus, quæ etiam particulari honore dignitatem Archiepiſcopalis Coadiutoratus tui habuit ab ILLO, Qui hoc noſtro fortunato tempore vivit, & regnat Sapientiſſimus, Sanctiſſimus, Regalis Stirpis nomine Pater Frater Vincentius Maria Vrſinus, ſed plùs factis, quàm dignitate vocatus Benedictus XIII. Pontifex Maximus, qui etiam in principio ſui Pontificatus Hæreſes extirpavit, pacem in Principibus Chriſtianis conſequutus eſt, & Eccleſia Catholica per totum Orbem ſuâ ſanctitate, & doctrinâ exultat, & triumphat. Deus Optimus Maximus Altiſſimus Neſtoris vitam EI tribuat, ut hoc Seculum ab EO auratum ſempèr exiſtat. Et Ego qui tanti ViceDei quatuor jàm ab hinc annis Advocatiam prò ſuâ Menſâ Archiepiſcopali Beneventanâ, & Sophianâ, Curiâquè Metropolis, Lociſquè piis omnibus ſingulariſſimâ fortunâ exerceo, fortunatus, & felix ſingularitèr, fortunatè, & felicitèr vivam. Joannes Dominicus Albarella. Scialoya, Afflitto. &c.

VA1 545608